



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

VI. De peccato Angelorum Apostatarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

plurium, simul, & plurium esse in intellectu, æque etiam vniuèrse possunt, ac si vnum quodque seorsum intelligeretur: neque enim sibi inuicem eorum intellectus indiuisibiles, nec, quod intentionem, aduersantur, nec communem obiectorum intellectus, quasi inter eas, quæ de facto simul sint partitendæ, ultra quam, nil amplius intentionis simul edere intellectus possit, ac proinde, quo plures simul fuerint, minus singulis intentionis obueniat, cuiusvis obiecti cognitio suam, nec alterius cognitioni applicabilem intentionem, ad eamque ipsi adiungendam intellectus pro specierum intentionum, perfectiorumque, inuicem debiliore, potentiorive, minorem, vel maiorem, quod ipsum de intentione actuum voluntatis, prout hæc obiectorum cognitione si ea necessario prosequatur, viuidiore, perfectioreque, vel remissiore, & imperfectiore proponantur, quamuis circa ea, quæ libere, & ex indifferente potestate sua prosequitur, maior, minorve affectus intensio, vi, & affectus ipse ab eius tandem libito, & arbitrio, cui reliqua in operando subduntur, proxime pendeat. Confirmantur hæc omnia ex visione, & amore beatis erga Deum, obiectum intellectus, & voluntatis creatæ virtute præcellens: & tamen, quod interiores, ferventioresque in Beato quous sunt, eò plura ipse perfectius videt, & ferventius amat. Tantum abest, ut obiecti tanti, quod infinitis creatis, non æquivaleret solum, sed prævaleret infinita cognitio & affectus, eorumque intentio intellectus, & voluntatis potentiam & virtutem, ad alia, vel absolute, vel intense simul intelligenda, vel minuat, vel exauriat. Denique obiecto ex infinita multitudine futurarum, & possibilem locutionem ab Angelis, qui de facto sunt, & qui esse possunt, simul, ut diximus, à quous Anglo audibilium ad quod infinita virtus intellectiva requirenda videtur, solum manet in simili de potentia receptiva specierum totidem, simul numero 6.

QVÆSTIO VI.

De peccato Angelorum Apostatarum.

DISPVTANTUR hic multa ab aliis, quæ nusquam ad peccatum Angelorum in particulari (de cuius examine in præfati) sed ad præuia cuius peccato rationalis creaturæ cuiusvis spectant: quale est illud de ignorantia (siue positiua, quæ error sit, siue negatiua, aut priuatiua, quæ solum sit defectus cognitionis quoad substantiam, vel quoad intentionem) quæ ex parte actus primi ad peccatum, quodvis prærequisita alteri videtur, Ierem. 12. & Psalm. 12. sap. 5. & à Patribus recitatis à Vasquez, 1. 2. disputatione 3. capite secundo, & à Theologis pluribus, Alet. Sanct. Thoma, 1. part. & 1. 2. Caietano ibi cum Thomistis Dominicanis Ferrara, & aliis, quos Vasquez citatus, & Soarez, libro septimo, de Angel. cap. 4. referunt sed cum hæc cuius peccato generaliter præuia sint, vel secus, intempeste hic disputantur à Soarez, proxime. Alarcon, disp. 9. c. 3. Arriaga, disp. 23. à scilicet 2. per totas sectiones septem, ita enim sub tractu de peccato Angelorum, de libertate, atque aliis omnibus ad peccandum, generaliter prærequisitis agi oportere: solum ergo disputari hic oportune de ignorantia poterit, an de facto ex illa Angelorum peccatum processerit, & si in eis, ut in nobis ignorantiam peccato præcedere necessarium non sit. Similiter extra chorum hic disputatur ab aliis, an Deus creaturam rationalem natura sua impeccabilem condere possit: siquidem Angelum impeccabilem natura sua non esse, sed peccati capacem,

& fides docet, & questionis titulus supponit: atque inde primi peccati ipsorum genus, seu speciem, ad quam pertineat inquiri, ubi plurium specierum peccata post commissam insinuauimus, ut primi indiuicatio nostræ disputationi sublit.

CERTAMEN I.

Quæstioni supposita statuuntur.

1. Peccatum Angelorum, extitisse certum de fide est, 1. Ioan. epist. cap. 3. ab initio Diabolus peccat, & idem Ioan. in suo Euangel. cap. 8. 44. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & 2. Petri, 2. si enim Deus Angelis peccantibus, cui accinit Iudas in sua canonica epist. num. 6. Angelos, qui non seruauerunt suum Principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, item blasphemiam peccatum expresse à Beato Iuda in sua Canonica, n. 9. ubi Michaël, iudicium inferre blasphemiam. Diaboli non ausus dicitur. Deinde supra à nobis, & hic iterum recitandis cert. 1. Luciferum Daemonum Principem spiritus relatione, & superbia grauiter multum deliquisse expressum est. Rursus ex eorum damnatione, ac panis inferni æternis, inflicti à Deo iustissime, ut locis Petri, & Iudæ recitatis illico subnectitur, & Math. 25. 41. ite maledicti in ignem æternum, qui parati estis Diabolo, & Angelis eius. Denique ex malis demonum erga homines & Deum odio infensissimo, officiis, tentandi, suadendi, atque arte omni impellendi nos ad peccatum, ruinam, nostramque omnem perniciem, ac perditionem, quod ipsam malos Angelos in via statu, cum contra bonos, tum contra eos, qui nondum de iniuncti præcepti obseruantia, vel transgressione deliberauerant, præstitisse ostensum supra à nobis fuit: ex quibus non vnum tantum, sed multiplex grauissimum Angelorum aliquos, malorum scilicet, peccatum aperte monstratur, & quorum aliqua aliis natura, & causalitate præcedant. Accedit argumentum ex præstigiis incantationibus demonum, atque enigmatis peritum, quod non solum pro Angelorum absolute, sed & malorum existentia efficacius est, quam ab Arriaga putatur. Sed duo hic cursim examinanda se offerunt. Primum: an omnes Angeli, qui peccato infecti non fuerunt, in gratia, & sanctitate persistant, persistente adhuc, sintque deinceps ad postremi usque iudicii diem persisturi: ita, ut Angelorum, in bonos, & malos adæquata sit, constansque, & perpetuo duratura, sine ulla ipsorum ab vna in aliam partem transmutatione diuisio? Secundum an mali Angeli natura sua, atque, ex eius determinatione ad malum peccauerint.

2. Circa primum, error triplex aliquorum reperitur pro triplici dubio in eius propositione, tacto. Primus est aliquorum Philosophorum apud Augustinum, 1. de ciuitat. cap. 11. Suarez citato, lib. 7. cap. 1. diuidentium Angelos in caelestes, id est absolute bonos, & Beatos, & alios hominibus perniciosos, & terrestres alios, & hominibus beneficos: quasi terrestres mediæ inter bonos, & malos, id est sanctos, & peccatores conditionis terciae sint, ut nonnulli interpretantur. Ego vero cenleo triembrem hanc Angelorum diuisionem à Philosophis, non penes malitiam, & bonitatem, siue sanctitatem moralem, factam fuisse, sed penes commodi, vel proprii, vel alieni bonitatem: ut caelestes primi membri Angeli intelligantur, qui summa commoditate, ac felicitate propria in caelis perfruuntur toti, toti cuiusmodi fructuoni intenti, nihil de nostris commodis, vel incommodis curantes: terrestres, qui nostrarum rerum satagunt, & commo-

bb 3 dorum,

dorum, suntque nobis boni, & proficui: mali vero, qui malo nostro, & pernicipi inuigilant toti: siue id ex genij, siue, ex morali bonitate, aut malitia, in duobus postremis aduersæ erga nos conditionis Angelis proueniat. Quæ in re circa Angelos beatos errant, nostrorum commodorum, & supremæ, æternæque felicitatis nostræ, curam eis de negantes, cuius oppositum fides docet: siquidem ex ea constat expresse Angelis absolute dictis, id est bonis, & sanctis, ac curam non fieri demandatam fuisse, nec solum sanctis, sed beatis, & qui ei deficeret (pro mandata rei magnitudine & infirmitate nostra, aduersaque demonum sollicitudine) infirmitate minime possunt: quod si aliquis tertium aliud, mediumque inter bonos moraliter, ac sanctos, atque inter moraliter malos, seu peccatores, Angelorum genus de facto esse asserat, asserueritque, somnianti similis fuerit, & cui præter signum inanis absque ullo in scriptura, & patribus fundamento temeritatis, contra Patrum omnium, & Ecclesiæ totius sensum, erroris censura inuratur: ex his siquidem omnibus, ij omnes Angeli, qui cælo deiecti sunt, ob peccatum deiecti sunt, ac proinde cælo non sunt, suumque locum, & principatum bonis suis meritis, & præcepti obseruantia seruauerunt, quæ æternum, boni, & Beati sunt effecti, inter lapsos vero ob culpam, & non lapsos ob meritum, & obedientiam, cum contradictoriè, labi, ac non labi, ex loco eodem, opponantur medium non est, ad quod possint Angeli aliquot pertinere.

3. Secundus error eorum est, qui docere Angelos bonos semel ex propria deliberatione, atque meritoria præcepti obseruatione, malos tandem fieri temporis vique ad postremi iudicii diem de cursu posse, graui, circa commissam ipsis hominum custodiam negligentia, & omissione, peccare, & de facto, ex eis aliquos peccatores: ut de eo iudicandos à se Angelos; Paulus dixerit. *Nescitis quoniam Angelos iudicabimus?* cuius erroris præcipuus author Origenes extitit, ex fide reiiciendus. Primo quia custodes hominum Angeli videre semper faciem Dei in cælis expressum in Evangelio assertum Christi Domini fuit semper autem non solum visionem, & beatitudinem ipsorum tunc, cum id à Christo assereretur, sed tota successura æternitate significat; si autem à semel habita Dei visione, & beatitudine, in cælis nunquam, nunquamque Angeli deciderint, sed in ea æterne persistunt, nunquam, præsertim grauius, peccabunt: cum cælum, & beatitudo, non solum grauem, sed nec leuem, & venialem, imo, ne eius reatum, per instant adhuc, patitur iuxta id Apocalypsis, 21. numero 27. *Non intrabit* (ne dum æternum permanebit) *in eam aliquid coinquinatum*: ex quo cum primis loco catholicum dogma de animarum iustarum purgatorio statutum, in Ecclesiæ, Patribus, & conciliis fuit: item, cum iudicium illud, de præmio, vel pœna æternis pro cuiusque merito iudicandis, & rationali reipublicæ euulgandis futurum sit: implicat eos, qui beatitudinis præmium æternæ sunt habituri, ut de Angelis custodibus Christus asserit, aliquando deinceps peccare. Tertio impugnatur, ex custodia hominum Angelis bonis demandata, quæ non, nisi perpetuo bonis, firmiterque, antecedentes etiam, nec solum consequenter, impeccabilibus Angelis bonis iuxta Patrum, Doctorum, & Ecclesiæ sensum demandata à Deo fuit: nec, nisi ita impeccabilibus Angelis oportuit, potuitve ex præsentis providentiæ fine, & circumstantiis demandari, ut nuper dicebamus denique ex terminis extrinsecis status viæ Angelicæ ex Patribus scriptura, & Theologis certo à nobis designatis signum, hoc satis euasceret.

4. Inde etiam abiicitur, Patrum aliquot, & interpretum vetustorum citatorum, disputat. 2. quæst. 1. cert. 2. antiquitus error: nempe Angelos bonos cir-

ca diluuij vniuersalis tempore specie feminarum deceptos cum eis concubuisse, & peccasse, ex quoque concubitu gigantes procreasse, ut Genes. 6. num. 2. *videntes filij Dei filios hominum*, vique ad totum numerum 4. deferri videtur, filij siquidem Dei sancti Angeli in scriptura frequentissime nominantur, atque eo nomine à facis interpretibus intelliguntur. Cæterum status viæ Angelicæ terminos certos extrinsecos is error prætergreditur: cum tot post Protoparentum lapsum ex damnatione iam damnatorum suggestionem, faculis filiorum Dei, cum filiabus hominum concubitus habitus referatur, cui argumento efficaciter insinuat Chrysostom. homil. 22. in Genes. *Pugnant insuper contra eum, quæ contra proximè antecedentem produximus, numero tertio. Pugnat tertio Philosophia tota de generatione, & si enim ex animalibus specie diuersis possit species terrena generari, ut ex equa, & asino mulus: oportet diuersa illa animalia, non remotissimo, & quasi toto genere differre; sed esse aliquid propinquum, in quo, & inter se, & cum genitru conueniant* (ut Aristotel. de muli generatione agens docebat) ut in naturæ parentum similitudinem effectus ab eis procreetur, ac propriè genitus dicatur; substantia vero spiritualis completa Angelica à corporea humana, cum filiarum hominum, tum gigantum ab his procreatorum, non, nisi remotissimo genere supremo substantiæ conueniant, & quasi toto genere differunt: quare, nec Angeli ex feminis illis poterunt filios illos gigantes, (ut scriptura refert citato, numero quarto,) procreare in super, cum ex specie diuersis videntibus filij procreantur speciei diuersæ ab illis sunt: gigantes vero homines & speciei eiusdem cum Viribus fuere demum, cum generatio, non solum dicat proles, cum parentibus in natura similitudinem; sed quod à principio coniuncto, seu, quæ pars ipsorum fuerit, à parentibus decisa, atque in prole posita proueniat, quod substantiæ indissolubili angelicæ, ut pote intrinsecis partibus, etiam integralibus, carenti repugnat: & Angelos ex feminis illis filios gigantes, ex concubitu generalis repugnabit.

5. Duo tamen diluenda nobis supersunt. Primum, ex cognomine illo, *filij Dei*, quo eo loci, qui filias hominum uxores duxisse dicuntur, expresse nominantur; cum tamen illa scriptura Angelorum cognomen in scriptura frequentissimum sit, ut diximus. Fateor ita sæpe Angelos sanctos appellari; non tamen ut proprio cognomine connotati, ut natus tanquam curuitatis, subiectum nomine finis designatur; sed sanctitatis, & iustitiæ, qua in filium Dei, rationalis creatura quævis gratia adoptionis constituitur; unde æque hominibus sanctis, atque Angelis apud scripturam frequenter, & indifferenter aptatur ut ex locis datis, disputatione 2. quæstione 1. cert. 2. quæ re ex materia eorum, quæ de illis dicuntur in contextu videndum erit, an de sanctis hominibus, an de Angelis sanctis sit sermo; quæ vero de filiis Dei, eo loci dicuntur, non posse sanctis Angelis conuenire, multo ex capite demonstratum est, numero quarto, & citato, disputatione secundo, quæstione prima, cert. 3. ac deinceps. Secundo, quæstione prima, cert. 3. ac deinceps, quæ de ciuitate, cap. 23. extatque epistolæ decretalis Innocentij Papæ octauæ, contra maleficas feminas incantatorum Daemonum succubas, ubi & hominum seclorum succubis demonibus abuentium meminit; & quidem, ex Demonibus seu malis Angelis fuisse, qui cum filiabus hominum mixti sunt, ac gigantes genuere, ac citato Genes. loco refertur iuxta Patres, & Doctores, quos retulimus citat. disputatione 2. quæstione 1. cert. 2. dubium non est. Hac vero sententia, rationes omnes philosophicæ, ex Angeli spiritualitate totali de sumptis, nu. 4.

evanescent; cum æque illæ Dæmonibus; mali que Angelis competat, ac bonis. Tamen Theologica ratio de statu viæ, non ante seculi ante memorata hæc conuicia, nempe, ante Adami lapsum, finito, vim pro bonis, & beatis Angelis habeat. Atque primum dæmonum peccatum carnalem hunc cum feminis congressum non fuisse, ex scriptura Theologice euacuat. Chrysostomus; *Nunc exciderunt Angeli, & hæc (obscenitas) ruina illorum causa fuit: verum scriptura nos aliter docet, antiquam formaretur Adam ex sua dignitate excidisse Diabolum. At enim quidem sapiens (Sapientia 8.) invidia Diaboli mortem intrasse in mundum; sed tamen lapsos adhuc iamque malos, & Dæmones factos Angelos mixtos carnaliter cum mulieribus deinceps esse, & si eo argumento, nec status viæ Angelicæ ante Adami lapsum finitæ nequeat efficacia confutari à reliquis Patribus & scholasticis ita confutatur, ut sine temeritate, ut minimum, ex multo etiam tempore asseri nequeat: idque ob totalem eorum spiritualitatem, & incorporeitatem ut post data supra efficaciter euincit ad Genesis textum, & Chrysostomus homil. 21. in Genes. scribens. *Quanta dementia fuerit dicere Angelos esse deitatos, ut cum mulieribus reus haberent, & incorporata natura copularentur corporibus. An non audis Dominum dicentem de Angelorum substantia: (non status beati qualitate, & conditione præcise) in resurrectione, neque matrimonium contrahant, neque elocantur, sed sunt sicut Angeli Dei. Non enim possibile est incorporam naturam talem, vltimo tempore, habere concupiscentiam, cui consentit eius discipulus Cassianus, collat. 8. capite 21. duplicem addens rationem: quod scilicet si generare Dæmones ex feminis possent, non tunc semel accidisset: sed pluries, & quotidie accideret contra experientiam, nec delectationis obicem propria, in quam semper, ut tunc, natura inardesceret, obliuio aliene hominum procuranda adeo inuigilaret, neque enim huic proprio, & naturali Dæmonum vitio semel solum permittendo, ac deinceps omnino impediendo Deum arbitrio, & voluntate sua continuo intercedere, dicendum absque ulla fundamentum est. Ac deum ratione, data, num. 4. & citat. disp. 2. quæst. 1. cert. 4. & 5. lapsi iam Angelis, seu dæmonibus congressum, cum mulieribus impossibilem ostendunt: idque ex reliquorum, Patrum, & Doctorum discursibus, & iudicio datis, quos latius persequitur Pererius noster citatus, disp. 2. & 3. & speciatim, quam alienus à textu illo Genesis congressus hic Angelorum quorumque, etiam Dæmonum, sit, ostendimus eadem quæst. 1. proxime citat, cert. 5. num. 8. quare nihil ex incubis, succubisque dæmonibus argumenti probabilis obici nobis, siue ex scriptura, siue ex incuborum succuborumque dæmonum historiis, & experientia potest.**

6. Circa secundam difficultatem quæstionis decisionem præuiam (an scilicet natura sua ad actionem illam prauam, & peccatum determinati mali Angeli fuerint, qui peccarunt?) determinatos illos ad peccandum natura sua fuisse error Manichæorum, & Priscillianistarum notissimus fuit, contra quos antiqui Patres, ac cæteris fustor, & acrior Augustinus, (cuius saculo præsertim in Africa magis viguere, totis multisque libris editis) pugnant: si vero duo prima, & summa rerum omnium principia alterum malum, alterum vero bonarum constituerant; & harum principium summe bonum Deum esse aiebant; malum vero summe malum Diabolum: ubi aduertendum est hæreticos hosce malum rerum creatarum nomine, non solas moraliter malas, sed eas etiam, quæ & si in se entitativè physice, ac metaphysice bonæ sint, quia entia sunt, nec imbibitam moralem malitiam, ac turpitudinem habeant, tamen malæ, noxiæque physice nobis sunt esseque possunt: in quibus inuicibilis omnia continentur. Contra hunc errorem extant vniuersum symbolum vtrumque Apostolicum, &

Nicænum, & concilia plura recitata à Suarez, c. 2. Reicitur secundo ex principio fidei de Dei omnipotentia in qua cuncta quæ sunt, esseque physice, possunt, siue aliis proficua, siue nociua contineri, nec nisi dependenter ab illa physice, vel se sola, vel cum causis secundis concurrente, seu operante, vel cooperante fieri posse docemur: ut propterea, ad physicum tantum, & quod in moraliter prauis nostris actionibus, & peccatis, physice entitatis est, Deum omnipotentia sua immediate nobiscum concurrere Theologi, & Philosophi, vno vel altero excepto inferant ac defendant; quoniam vero malicia formalis, cuiusque fundamentum, proximum, quod illa immediate metaphysica, legitimaque consecutione sequitur, est actio illa non quidem sola & secundum se sumpta, sed, ut re ipsa à nostra determinatione libera proveniens, eius etiam actionis, quæ à nobis re ipsa provenit, auctorem, & causam, non Deum bonum, sed Diabolum malum esse aiebant, sed cum viderent malum illum Diabolum à Deo malum, & malorum reliquorum, vel physice, vel moraliter talium, principium, fieri à Deo bono, (à quo bona sola, & cuncta procedunt) non potuisse, illum à se, & summe proinde, ac infinite malum natura sua esse docuerunt; reliqua vero, siue physice, siue moraliter mala ab illo, tanquam à principio, & causa prima malorum procedere, contra quem errorem ex primatu causæ vniuersalis vniuersi apud Deum sito, naturalis rationis lumine noto, & in scriptura expresso, Patres, & Concilia, ut diximus certarunt; quia quantumvis peruersi genij, atque ad malum, omnigenum inclinata natura supremus ille Diabolus sit, aliquid physicum, ac subinde physice, & metaphysice ens, bonumque est: quare & Deum bonum sui auctorem, habere necessario debet. Ac demum hic Manichæorum, & Priscillianistarum, error pluribus aliis dogmatibus Catholicis mox confutabitur contra eos, qui Deum Angelorum omnium, tam beatorum, quam Dæmonum auctorem, & causam catholice admittentes, dæmones tamen natura sua ad peccatum, seu actionem prauam eliciendam, non solum propensos, sed determinatos naturæ suæ fuisse à Deo productos, aut si aliter asserere, pollevere ita determinatam naturam rationalem produci in quod potterunt inclinasse Ariaga noster videtur, disp. 23. sect. 1. subsect. 1. à numero quinto, præsertim numero octauo, §. obiciei, ac deinceps, quamvis debili satis fundamento, à paritate appetitus, & naturæ pure sensitiuæ, quod plures ipse facit, quam oporteat, ac paritas mereatur, ut ex dicendis clarebit.

CERTAMEN II.

Huius secundæ difficultatis decisio.

1. Dicendum est: lapsum Angelorum naturam ad peccatum, siue actionem prauam, ut ab ipsis eliciendam determinatam de facto non fuisse; ita Patres, & Theologi omnes. Probatur, primo ex testimoniis scripturæ, & Patrum; Hieronymi, Epiphani, Aponij, Cyrilli Hierosol. Theodoret, Ambrosij recitatis disp. 3. quæst. 4. cert. 1. num. 6. in simili de natura humana nusquam ad peccatum determinata, imo in gratia à Deo primum condita discurrentium: quibus similia plura alia scripturæ, & Patrum testimonia produximus tom. 1. de Deo vno, contr. 3. de decreto concurrendi cum causis liberis creatis, disp. 2. totis quæst. 1. & 2. in quibus omnibus, & singulis rationalis naturæ create de se se ad peccatum, sed actionem prauam, ut ab ipsa eliciendam, determinatam impossibilitas, demonstratur, de qua concl. 2. Probatur, secundo: quia malum

mali Angeli, qui peccauerunt, malique proinde, ac demones sunt, cum Angelis bonis, & beatis, qui obedierunt, beneque, & meritorie operati sunt: in natura conueniunt, imo, & speciebus etiam infimis, vt vidimus atque horum naturam determinatam de se ad peccatum, seu actionem prauam, vt ab eis eliciendam non fuit, vt opposito ipsorum facto manifestum est: ergo, nec malorum Angelorum natura: dices determinationem naturam, ad peccandum malis Angelis, non, ex specie adhuc infima naturam ipsorum, sed ex eorum, indiuiduationibus conuenire. Sed contra, quia reale illud pradicatum determinationis naturae eorum, ad peccatum omnibus demonum indiuiduis, vniuocae conueniens, pradicatum differentiale specificum procul dubio foret: quo nimirum specificae, vt minimum, imo, & generice, a naturis omnium bonorum Angelorum eorum natura differret: cum quo conuenientia in natura, & specie infima, imo, & superiore, ac intermedia malorum cum bonis contradicторie repugnat. Probatur tertio. Quia malos Angelos vitio proprio, & sui arbitrij abusu in malum, peccasse, ac de peccato suo indicatos, damnatosque iam adeo priuato iudicio testatur. Petrus epist. 2. cap. 2. & Paulus, 1. Corinth. 6. & ad reipublicam rationalem, satisfactionem publicam iterum iudicio postremo iudicandos, seu priuata eorum iudicia, tunc omnibus euulganda. Vitia vero, quae a natura determinata ineuitabiliter, non autem, ex prauo libero, ea mere patientis potius, quam agentis consensu, & arbitrij proprii abusu proueniunt, nec iudicio, damnationique (praesertim adeo graui, qualis lae in malos Angelos est) possunt, nisi per iniustitiam, & nequitiam summam, subiaceri. Probatur quarto: quia natura Angelica determinata de se ad peccatum graue (quale Angelorum malorum peccatum fuit) determinata etiam de se est ad odium Dei, quod mortale peccatum necessario, & ineuitabiliter (iuxta communem, Theologorum) vel saltem connaturaliter consequitur: huic autem determinationi contradicтор capaxitas indifferens naturae illius Angelicae ad gratiam habitualemente quam lapsuros etiam Angelos habuisse fere dogmaticum est, idque pro natura, cuiusque perfectione, & decentia maiore, vel minore. Quinto demum rationes, quae naturae rationalis de se determinatae, ad peccatum impossibilitatem probant, hanc conclusionem de facto fortiori demonstrant.

2. Dico secundo: implicat absolute natura mali alicuius Angeli, siue cuiusvis rationalis creaturae de se determinata ad peccatum, siue actionem prauam eliciendam, est contra acutulos quosdam Recentiores, & fere contra Ariagum, qui licet citato loco, numero 7. §. *Nihilominus tamen, longe probabilius*, repugnat eam creaturam, longe probabilius censet, eo etiam asserit tacitus probabile esse non repugnare. Praeterea tota fere illa subiect. 2. a num. 5. in enuendiis huius repugnantiae probationibus est totus: quo satis suam de opposito sententiam prodit, sed repugnantiam hanc argumentis, vel ab eo non tactis, vel efficacius, quam vt eius instantiis, & solutionibus debilitentur ostendamus. Primum sit ex Patribus citatis cert. 1. numero 7. in simili de indeterminatione de se de naturae humanae ad peccatum, seu actionem prauam quia alias Deus, qui eam simul edidit, ac condidit foret peccati illius causa & author, quod repugnat: & e cuiusvis creaturae rationalis intrinseca determinatione, ad peccatum, a quo robore, & legitimitate concluditur. Secundo: per Ariagum, & omnes Iesuanæ Scholae Thomisticae doctores, ex praedeterminatione physica voluntatis creatae à Deo ad materiale peccati siue actionem prauam, vt ab arbitrio creato fiat, voluntati immissa Deum, peccati absolute auctorem & causam euidenter inferri contenditur,

ostenditurque, vt vidimus controu. 3. de decreto, concurr. disp. 2. Thomistarum Dominicanorum recentiorum euasionebus praclusis: atque intimius est determinatio antecedens, & praedeterminatio naturae illius data à Deo, vt actionem prauam, ex parte etiam sua irresistibiliter efficiat: ergo aqua euidentia Deus absolute author, & causa peccati ex natura quauis rationali determinata de se ad actionem prauam, & subinde peccatum efficiendum, inferretur, quocirca miror aequae doctorem aliquem ex Thomistica schola Iesuanæ de eiusmodi naturae rationalis repugnantia dubitare, atque Dominicanos Thomistas recentiores eius repugnantia (vt ab eis admittatur) admissa, physicam praedeterminationem voluntatis creatae à Deo ad materiale peccatum, siue actionem prauam eliciendam, non respicere. Tertio: eiusmodi natura rationali determinata de se ad peccatum admilla, non sistetur in peccati eius causa reddenda, & assignanda, in libera determinatione voluntatis eius ad peccandum, non solum, quia nulla est eius libera ad peccandum determinatio (cum non ex libertate, sed ex necessitate peccet, vt mox videbimus,) sed quia, etsi libere se determinaret vltior altiorque, & antecedentior natura priorius causa eius liberae determinationis foret: nempe natura illa ipsa, quae eius causa est, atque anterior alia nempe Deus naturam ipsam, cuiusque intrinsecam identice determinationem simul condens, & donans: id autem pugnat cum generali illa Patrum, & Theologorum doctrina de quouis rationalis creaturae peccato, tametsi de nostrorum causa vltima, & prima agentium, qui consensu docent nullam aliam peccati causam esse posse vltius inquiri, aut quaerenti, quam peccatum, responderi, nisi, *quia volumus*: quo solo responso causalitatem peccati à Deo possumus honestissime, & rationabiliter diuertere.

3. Probatur quarto: cum huiusmodi determinatione naturae rationalis creatae in actu primo ad actionem prauam circa obiectum turpe & vndeconque inhonestum repugnat libertas in actu primo ad obiecti inhonesti prosecutionem, ad quam determinata de se natura illa sit: ergo & repugnat prosecutioni illius libertas, quae solum ex libertate in actu primo naturae, & voluntatis illius ad illam eliciendam, vel secus, seu prosecutionem, obiectum illud ac non inhonestum, potest prosecutioni illi conuenire: ergo cum determinatione naturae illius ad peccatum repugnat peccatum: ac proinde determinatio illa suum obiectum, seu terminum, quem essentialiter respicit, destruit, redditque repugnantem, ac subinde seipsam facit Chimericam, & impossibilem. Prima postremae huius illationis pars (cuius consecutaria necessaria reliquae omnes partes sunt) probatur: quia de effectibus peccati, & actionis moraliter praeue circa obiectum, quodvis, & quantumcumque inhonestum, est actionis libertas, cuius defectu motus primo primi voluntatis nostrae circa obiecta, quantum turpia, peccata non sunt, neque esse possunt: atque determinatio illa naturae rationalis ad prosecutionem obiecti turpis destruit, redditque eius libertatem impossibilem; ergo reddit ei impossibilem rationem peccati, & actionis praeue moraliter. Antecedens primum huius argumenti probatur. Antecedens primum physicam praedeterminationem abunde est contra physicam praedeterminationem Dominicanorum Thomistarum recentiorum à Deo immissam ad nostros liberos adus eliciendos controu. 3. disp. 1. per totam ex scriptura, Patribus, & ratione. Dices ex nostris principijs determinationem hanc naturae rationalis ad prosecutionem moraliter prauam obiecti alicuius, vel cuiusvis turpis, & inhonesti, non esse determinationem, nem ad prosecutionem indiuiduam determinatam, sed disiunctam, & quoad speciem, hanc scilicet vel illam, sub specie illa contentam: quo pacto diximus illam, sub specie illa contentam: de merito Christi cum Christo de incarnatione contr. de merito Christi cum Christo si impeccabilitate antecedente, & instantia, praeccepti

eius in operibus præceptis non solum libertatem per omnes, sed meritum etiam contra multos, & doctos recentiores saluari.

4. Nota in primis Thomistis prædeterminantes hac evasione vti non posse; & si argumentum nostrum, in re præsentate euacuaret. Siquidem prævia physica determinatio, seu prædeterminatio Thomistica Dei concursus præuius est, qui ad speciem præficiam actus esse nequit, sed ad hoc determinat individuum, nec aliter ad speciem, quam vt in illo determinato individuo continetur: nullus siquidem concursus, & actio in effectu, quem efficit, præfuius esse potest. Nec valet prædeterminationem illam physicam, non esse Dei concursum & actionem Dei præuiam, sed qualitatem: siquidem concursus Dei præuius prædeterminationis eius inuentores Bannez, & coactanei sequaces, qualitatem esse docere: quos imitantur Prædeterminatores recentissimi, etsi eam transeuntem vti actionem, non autem permanentem, vt qualitatem, esse defendant: vnde libertatem nostram, ea prædeterminatione, non lædi contendunt: quia per modum transeuntis, non autem permanentis, consensus creatum liberum natura præcedit quasi libertatis læzio ex permanentia, non autem, ex sola præcedente natura, & causalitate, cuiusvis entitatis physice, & inuitabiliter, seu irresistibiliter à voluntate connexæ cum eius operatione, & consensu proueniat: Præsertim, cum operatio, voluntas æque transiens atque concursus Diuinus: sit ac proinde satis habet impedimento ex parte actus primi per modum transeuntis, vt eius operationis libertas per modum transeuntis solummodo, alijs habenda, aboleatur. Mitto prædeterminationem illam physicam, per modum qualitatis permanentis difficultatibus subiacere, quas t. i. philosophia contr. de causa efficiente creatæ, eiusque actione, q. de concursu Diuino cum agente libero fusius persequeretur, iam præfata euasio, quatenus ad præsens attinet, præcluditur. Etenim, si iuxta plurimum sententiam individuum effectuum, & operationum speciei cuiusque individuationis, siue quod hoc individuum præ alio, quod ab eadem causa fieri absolute poterat, apponatur, ex tempore, loco, aliisque circumstantiis omnino prouenit, ac pendet, libertati naturæ illius determinatæ de se, ad actionem prauam, quoad speciem, quod hæc determinata, præ alia determinata individua actione speciei eiusdem apponatur, nequit subiacere: quare inde saluari, non potest, in appositione actionis prauæ naturæ illius rationalis absolute libertas. Si autem individuum operationum, & effectuum producendorum intra speciem eandem, è sola Dei voluntate pendeat (suum concursum ad hoc individuum, ac non ad aliud causis naturalibus, ac præsertim liberis agentibus offerentis (vt multo plures Doctores aiunt, quibus suo loco consensu) constat etiam, individuationem effectus, & operationis agentis liberi, ac voluntatis creatæ arbitrio, non subiacere. Id quod aliunde etiam de his probatur: quia naturaliter loquendo, possibile ab ipsis producibilium individuum cognitionem non habent; imo, nec aliud quam obiecti bonitatem allicientem, ac malitiam retrahentem, quoad speciem considerant, vt eligant sine cognitione vero, vnius præ alio electio ab eis haberi non potest: quare neque ex eo saluari potest naturæ illius ad actionem, ex specie sua prauam, naturalis libertas, quoniam vero humanitati Christi Domini possibile omnium individuum, quare, & operationum, actuumque suorum individualium, scientia titulo vnionis hypostaticæ debetur, in huius præ alterius actus, seu actionis præceptæ electione potuit exercere, atque exercuit de facto libertatem.

5. Mitto aliam conclusionis probationem subtilem, in hunc modum, quia, cum actio, nec praua moraliter nec peccatum esse possit, sine libertate in actu primo à qua libera formaliter sit, & procedat: atque ea libertas in actu primo cogi-

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tom. I.

tatione repræsentante malitiam actionis, atque ab eius executione retrahente æque, essentialiter, atque cognitione delectabilitatem eius proponente ad eamque exequendam attrahente constituitur: determinata illa natura rationalis ad actionem prauam moraliter, & peccatum cogitationem illam malitiæ retrahentem ab actione æque, atque cogitationem delectabilitatis obiecti turpis attrahentem ad actionem eandem requirit: cum absque vtraque actio moraliter praua esse non possit, ac proinde determinatio illa esset ad effectum, & terminum, quem essentialiter respicit, impossibile: quare, & ipsa determinatio in se repugnans, & impossibilis erit; ni retrahentem etiam ab actione, ad quem determinatio est, cogitationem requirat, quod implicat aliunde: scilicet inclinationem, & determinationem ad aliquam actionem, seu effectum, requirere, aliquid ex parte actus primi, quod retrahat ab eis exequendis impedi atque natura sua, vt fiant. Mitto inquam hanc probationem, quia determinatio ad actionem prauam, & peccatum, non ita intelligi debet, aut potest, vt in malitiam, & peccatum, qua peccatum, & malum feratur: nulla siquidem naturæ, aut effectus inclinatio (ne dum, quæ, præ sui vehementia ad determinationem perueniat) ferri in malum quam malum, potest, vnde, neque ea subinde, quæ ad malitiam requiruntur, omnia requirere, determinatio; ergo illa natura rationalis illius ad obiectum, cuiusque prosecutionem prohibitam, & malam moraliter, non ob eius malitiam, sed ob eius delectabilitatem esset, cuius cognitionem solum requireret, sine qua eam appetere non posset; non autem malitiæ, in quam, & ob quam in obiectum, & actionem turpem non fertur; tamen ea requiratur etiam ex parte actus primi, vt prosecutio illa, à causa libera sit, atque adeo moraliter praua, & peccatum: in quod, & ob quam, nec appetitus naturalis, neque elicitus ferri potest, dicitur tamen, & esset determinatio illa peccatum, & actio, seu prosecutio praua moraliter obiecti delectabilis, turpis tamen, & prohibiti, si ita in obiectum illud, ob eius delectabilitatem natura illa ferretur, vt nulla cogitatione (non quidem ob eius naturæ exigentiam, sed aliunde occurrente, & immixta) quantumvis, viuida, & efficaci de se ad retrahendum illam ab eius obiecti prosecutione retrahi vllatenus posset; quod si cum adeo impore sui determinatione naturæ in actu primo per illam cogitationem libertas eiusdem naturæ in actu primo constitui, & consistere posset (quod repugnare ostendimus, numero 3. & 4.) prosecutio illa obiecti delectabilis, turpis tamen & prohibiti, praua moraliter, & peccatum foret. Mitto secundo examen quæstionis aduersæ de possibilitate creaturæ rationalis determinatæ de se ad bonum morale, & honestum naturæque sua impeccabilis: quam contrarietatis, cum nuper examinata, iure multè Doctores hic versant importune, satis enim doctorum consuetudine in proximæ examine contra rectam methodum dedimus.

6. Mitto denique quæstionem aliam, de tempore, quo primo Angeli mali peccarunt: an in instanti primo creationis: an, & qua duratione sequente, quia primo instanti creationis nullum Angelum peccasse, nec peccare potuisse ostendimus fuscè disp. 3. quæstione 4. ex nostris principis statutis, quæst. 3. De parte vero vltioris durationis, in qua primo Angeli peccarint, illud solum diffinire Theologice, possent: eos omnes ante Protoparantum in paradiso peccatum & Diabolicum ad illud patrandum suggestionem peccasse. Secundo eos omnes non peccasse simul tempore, sed eorum aliquos antequam, posterius vero tempore alios, vt ostendimus, quæstione 3. de instantibus, seu duratione status vix angelicæ: vt Theologice statuimus imperfectioris genij, & naturæ Angelos tardius, eis, qui naturæ erant præstantioris, circa præcepti iniuncti obseruan-

tiam, vel transgressionem deliberasse: imo illorum plures horum suauis, & adhortationibus obediisse, fuisse preceptum transgressos: ac eiusmodi suasionibus bonorum, malorumque Angelorum, eorumque in celo Apocalypsi relatum praelium habitum fuisse. Vnde decima questio altera manet: de peccato Angelorum. An scilicet ortum ex suasionem habuerit, necne? constat, siquidem ex questione tertia in primo, ac brevissima deliberatione, de se peccantibus ortum ex suasionem aliqua eorum peccatum, non habuisse; alios vero deliberationis diuturnioris, ex aliorum suasionem, suggestionem, ac tentationem peccasse, quod ipsum de aliquorum tardiori obedientia, & obseruatione precepti, ex aliorum horratu, & suasionem ortum fuisse dicendum erit. Denique Angelis malis penitentia de primo peccato factum, darumque tempus, & locum a Deo fuisse ostendimus, questione secunda, certamine 4. de his autem, questionibus minutius disputare, ac definire, quam citatis locis disputauimus, ac decidimus, nulla Theologica ratione, sed solum arbitraria, vel somniata diuinatione poterit. His autem pramissis ad totum, quod in via statu Angelis contigit videntum, restat: quodnam fuerit Angelorum malorum primum peccatum? inde enim quodnam bonorum Angelorum primum meritum fuerit a contrario, cuius manifestum erit.

CERTAMEN III.

Angeli luciferi malorum Principis peccatum primum proprie superbia fuit.

1. Plures peccaminosos affectus malos Angelos in via statu concessisse monui supra scriptura Paribus, & Theologis edoctus: ac proinde de primo eorum peccato questionem a nobis scholasticorum exemplo institui: reliqua enim eorum vitia persequi molestius longè quam vile foret: Carnalis luxurie peccato supra examinato, & ab eis amandato, quod veteres aliquot Patres tribuisse illis videbatur. Porro questio hæc ampliore titulo, quam nos certam præfenti a reliquis scholasticis proponitur, scilicet de omnium Angelorum apostatarum peccato primo, examinari vero minutius debet; cum aliorum a lucifero peccatum primum rationis, seu, speciei eiusmodi peccatum fuerit, necne? sub lite, adhuc sit ex aliis principiis decidenda. Idecirco seorsim nunc de primo luciferi peccato agimus, acturi, postea de aliorum Angelorum peccato primo. Duo autem aduertenda animo sunt, priusquam vtrumque examinemus, ac definiamus. Primum: id ipsum, quod de lucifero demonum Principe, eiusque peccato primo dicitur de primo peccato aliorum demonum gradu hierarchico suo specie, & indiuiduatione (si qui sint) entitativa perfectione ipsi æqualium, dici debere; quamuis, & indiuidualis æqualitas, nec de facto a nobis admittatur, quia alias lucifer malis reliquis Angelis entitativæ perfectior (ut supra diximus, & scriptura iam recitanda satis innuit) non esset, nec ceteris, ut diximus fuisset causa, ut primo peccarent, & caderent, in prius admissio ab ipso peccato exemplo, & hortatu alios ad peccatum induceret. Nec de possibili admitti in bona metaphysica potest, ut supra etiam ostendimus: quia, cum æqualitas entitativæ perfectionis plurimum, identitas eis vniuoce conveniens indiuiduationibus ipsis (quibus totis differunt) vniuoce faceret plura illa indiuidua, manifesta contradictio-

ne, convenire, neque indiuiduationes illæ differentie indiuiduales, sed gradus speciei atomæ, & infimæ forent, & continerent: non licet, atque his vocibus hic homo, & ille homo, non indiuidua solum differentie, sed gradus speciei, cuius hominis continetur: iam vero, si inæqualitas entitativæ perfectionis indiuiduationum Angelicarum sub specie quavis Angelica infima metaphysice etiam necessario adstruenda est, & pro maiori cuiusque Angeli entitativæ perfectione promptior, atque expeditior, sit eius, quam imperfectiorum aliorum, de rebus plene deliberandi facultas: ac insuper lucifer non fuerit, subinde reliquis supremæ speciei adhuc malis Angelis indiuidualiter inferior: restat fuisse eis, indiuidualiter saltem superiorem, & perfectiorem (ut communiter asseritur,) atque insuper facultate expeditiore ac plene de actione prius deliberandi usum, ac prius reliquis deliberasse, sub quo exemplo, & suasionem ceteris primo peccandi causam fuisse, ut cum communi Doctorum docuimus supra. Secundo aduerto, de primo reliquorum Angelorum peccato, nec singulari, ad huc secundum specificas (nec indiuiduas cuiusque naturas) definiri, immo nec disputari, quidquam, cum fundamento posse: Quare solum examinavimus, quod eis omnibus, generale, & commune esse definiri cum fundamento aliquo valeat.

2. Iam circa primum luciferi peccatum (de quo nunc) dicendum est: fuisse superbiam proprie dictam peccatum, & si nunc qualis superbia actus fuerit, non definiam, de quo inferius dicemus, est contra Scotum, in 2. dist. 6. quest. 1. §. quantum ad 2. & §. Ad argumenta, solut. primi, & si enim, §. illo quantum ad secundum, dicitur actum nimie dilectionis, & complacentia sui (quem docet fuisse primum luciferi peccatum) fuisse præsumptionem, ac circa med. dicitur præsumptionem (quæ prima species superbiæ est) non stare in præsumptione comparativa, quæ se aliis, velit præferre: sed in appetitu propriæ dignitatis, non tamen ibi, nomine speciei primæ, intelligit speciem propriam sub proprio genere superbiæ collocatam, sed gradum primum, ex quo ad actus proprios superbiæ perveniatur, siquæ late dicta superbia, ac proprie spiritualis luxuria, & nimia de spiritualibus delectatio dici debeat. Rationes eius id expriment: scilicet, nimiam complacentiam, & amorem sui, suæque excellentiæ, non magis superbiam esse, quam complacentiam in alia, cuiusque excellentiæ, cum sit vtriusque rationis eadem: item: quia superbia, proprie dicta, non fit in appetitu immoderato excellentiæ propriæ, sed addit necessario respectum ad alios, quibus excellere superbus cupiat, & gaudeat; quod in nimia illa luciferi complacentia, & delectatione de excellentia propria præcise, quærens superbiam propriæ talem, nec solum late dictam, probare videbatur, ut bene citandus Lichetus observat, consonat, sibi Scotus in reportatis in 2. dist. 6. quest. 1. sub finem, siquæ eum intelligunt Lichetus et, disp. 6. quest. 2. a. 2. Bassolis, quest. 1. a. 3. §. Ad primum diceretur, solut. 5. ubi Scoti sententiam docet esse probabilem: consentit, ita intellecto etiam. Scoti Holcot. in 2. questione: eam nimiam sui complacentiam, & amorem, libidinem, scilicet spiritalem, appellans; tametsi, quæ luciferi fuit concupiscentia inordinata, ac nimia propriæ excellentiæ superbiæ propriæ, peccatum fuisse contra Scotum, quem de reliquo sequitur, expresse doceat. Cæterum conclusio nostra reliquorum omnium Theologorum sententia est: Gabrielis etiam eadem disputatione 6. questione 1. qui, est amorem, & delectationem luciferi de se ipso, nimiam primum eius peccatum fuisse, & ex eo reliqua eodem ordine, quo ab Scoto numerantur, provenire doceat; alii complacentiam,

centiam, & delectationem, seu amorem, sui nimium superbiæ proprie dictæ peccatum fuisse dicit: ut post tertiam, etiam conclusionem, (in qua oppositum videtur asserere) expresse demum affirmat. ita ergo censent Magister dicto libro secundo, sententiarum dispensatione 6. capite 1. vbi Bonavent. art. 1. quæst. 1. Agyd. quæst. 1. art. 3. corp. de lucifero, & dubio litterali de cunctis Angelis loquitur. Richard. articulo 1. quæstio. 1. Hervæus ibidem. Durand. quæst. 1. art. 2. Argentina, quæstione 5. artic. 2. & commentatores sententiarum reliqui, ex his, qui per partes, & summas Theologicam scripserunt Albertus, 2. parte, tractatu 5. quæstione 11. m. 2. Alexand. parte 2. qu. 98. m. 2. Antifodor. libro 2. tractatu 2. cap. 2. S. Thomas, 1. p. quæst. 63. artic. 2. vbi Caietan. & reliqui Dominici, interpretes, & asseclæ, ac etiam interpretes nostri Valentia, disp. 4. quæst. 14. Molina ad eum artic. disput. vn. m. 6. conclus. 5. Valquez, disput. 132. cap. 3. Arubal. disp. 178. Ioan. Præposit. dubio 2. §. Dico secundo. Soarez, lib. 7. cap. 8. Granad. tractatu 13. disput. 2. sect. 4. Becanus, & Martinon. disputatione 44. Amicus, disputatione 20. ex quibus Granad. numero 3. oppositam sententiam ingenter temerariam dicit, soarez, hanc nostram valde certam, numero 14. ac iterum, cap. 9. Molina parum tutam aduersam Ariag. disputatione 14. sectio 1. numero & §. 1. Quirós, disputatione 74. sectio 1. numero 1. tametsi in actu speciali superbiæ luciferi designando præfati Doctores non conveniant de quo inferius vi dixi.

3. Probatur efficaciter scripturæ locis, vbi de luciferi peccato, atque ob illud è calo empyreo lapsu vel litteraliter, vel figurata, ex Dei tamen spiritu, & intentione) agitur, ut superius ostendimus, atque interpretes omnes, & Ecclesia censet. Primum Isaia, 14. Detracta est ad inferos superbia tua, ac statim, quomodo cecidisti: lucifer, qui mane oriebaris, ad quem locum alluisse videtur Christus Dominus Luca 10. Videtis satanam, sicut fulgur de calo cadentem, ut spiritum superbiæ, ac elationis, & inordinati gaudij de potestate eiciendi Dæmones in Christi nomine, sibi ab eo data, & effectibus comprobata, supplicij, ob eiusmodi peccatum lucifero inflicti, exemplo in discipulis compelleret. Tertium testimonium ex Ezechiel. 28. Tu signaculum similitudinis Dei, vique, & elevatum est cor tuum in decore tuo: perdidisti sapientiam tuam in decore tuo: quartum testimonium ex 1. ad Thimoth. 3. ne in superbiâ elatus in iudicium incidat Diabolus, idest, iudicium subeat, quod locius criminis Diabolus passus est: ut Chrysostomus, Theodoretus, Theophilactus, & alij communiter aione, quintum testimonium ex Job. 41. vbi, figurato saltem sensu, & ab spiritu sancto etiam intento, de lucifero dicitur, ipse est Rex super omnes filios superbiæ, ut bene Gregor. Magnus, 34. Moral. cap. 17. & 18. quo loco præcedentia, non solum magnitudinis, sed originis, & causalitatis denotatur. Hanc expresse clarius (& sic testimonium 6.) Tobias, cap. 4. filium ad omnem vitæ honestatem morti vicinus, quasi, ex testamento, instituens, numero 14. Superbiâ nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas, in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Consonat testimonium septimum ex Ecclel. cap. 10. initium omnis peccati superbiâ: si autem initium omnis perditionis, & peccati superbiâ est: ergo angelicorum reliquorum, nec humanorum solum, superbiâ fuit initium, ac peccatum primum, quod sane luciferi peccatum fuit, ita Augustinus sententiam Ecclesiast. proximam commentatur, & probat capite 29. de corrupt. & grat. quod ideo verissime dicendum; quoniam Diabolus, à quo origo peccati ipsa deiecit, &c. etiam prima quatuor testimonia peccatum superbiæ luciferi de fide, esse evincant, non autem fuisse primum luciferi peccatum. Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tom. II.

catum ita exprimant clare, id tamen, satis innuntiatum quia Diaboli; seu luciferi lapsum à felicitate, in qua conditus fuit, non in supplicij calamitatem (qui post multa alia eius peccata in viâ statu admittit esse potuit) sed in culpæ miseriam referunt; quod non bene referretur, si iam lapsi luciferi per aliud antea peccatum per vterius, ac posterius peccatum superbiæ accidisse lapsus à prima illa felicitate narraretur: iam enim ab ea lapsus per peccatum primum, & si deterior secundo fiat, à felicitate, quam iam non habebat, labi demeritorie per illud non poterat. Tum quia, cum Tobia, Ecclesiastici, & loca multa Prophetia anteriora, eisque notissima fuerint consona ad illa superbiâ luciferi; ut primum peccatum, & perditionis initium retulerunt, quod autem responderi his locis pro scoto poterat: superbiâ, in eis, non propriè sed large sumi pugnat cum receptissima ab omnibus Catholicis Doctores, regula peruecti Tyconij laudata ab Augustino, interpretandi scripturam verborum proprietate, & stricta significatione, vbi nihil absurdi, & oppositionis, contra scripturam, aut Catholicam dogmata, ex ea rigida verborum intelligentia deducitur; alias, enim nihil contra hæreses firmum ex scriptura haberetur.

4. Probatur secundo conclusio ex Patribus eam consona tradentibus. Cyprian. serm. de zelo, Augustino, vbi proxime, & 11. de Genesi ad litt. capite 14. à cap. 23. & 12. de civitat. cap. 6. his verbis: initium quippe omnis peccati superbiâ, & infra. Hinc primus defectus, & prima inopia, primumque vitium eius naturæ, qua ita creata est, ut nec summe esset, & tamen ad beatitudinem habendam eo, qui summe est frui posset. Similia dixerat cap. 11. Repetit, lib. 14. cap. 1. & lib. 23. cap. 1. Ambrosius epist. 84. ante med. sine in lapsu Diaboli, siue in prauaricatione hominis, initium peccati superbiâ est. Repetit in id Psalmi 118. increpasti superbos, Prosper lib. 1. de vita contemplatiua, capite 3. Gregor. Mag. 4. Moral. capite 14. alias, 17. & libro 3. capite 19. alias 23. Isidor. 1. de sum. bono, capite 22. sententia. B. Beda, tom. 8. libro quæstionum, quæst. 9. Anselm. de casu Diaboli, cap. 4. Bernard. serm. 17. in cant. Leo Papa, epist. 91. scribens Diabolum propria excellentia abusu peccasse. Nec minus concordantes Græci Patres eandem conclusionem tradiderunt. Athanasius, quæstione 6. ex quæstionibus ad Antiochum. Nazianzen. carm. 6. & orat. 27. apologetica contra ambitum sibi impostum sedis constantinopolitana, Elias Cretens. in orat. 3. Nazianzeni ad ea verba. Quo circa, Chrysostom. tom. 3. hom. 15. in Ioanne his verbis, quid hac dementia scelestius? quid hac superbiâ maius? &c. Non esset à calo electus, nec in diabolum versus cecidisset Angelus, nisi hoc se scelere inquinasset. Hoc cum præcipitem dedit: hoc in gehennam intravit: hoc malorum omnium, ei causa fuit, & tomo primo, homil. de lapsu primi hominis, homil. de verbis Isaia, homil. de Adam, & Eva, Cyrillus, Alexand. primo in Genes. sub med. & in caput decimum quartum Isaia, Damascenus, secundus, de fide capite quarto, & aliis, quos in examine specialis actus superbiæ, qui primum luciferi peccatum fuerit, post modum referemus. Porro ex tot quot produximus, consonis scripturæ, Patrumque pro conclusione hac testimoniis, quibus communis, ac plurimum longe, & gravissimorum Theologorum, & sacrorum interpretum, consensus accedit, eam valde certam esse meritoria aiebat Suarez. An vero temeritatis notam opposita, (ut Granado censuit) mereatur viderint alij, certe hæc fere solum scotum ex antiquis, Patrum habet: cui Bassolis solus, aliter tamen censens, probabilitatem concessit, Gabriel autem, & Nominales, ac de reliquo Scotiæ veteres aduersantur, quod autem iurati Scoti

tistæ aliquot, nec primæ notæ Recentiores (fundamentorum efficaciam denuo, inueniendorum, producendorumque nullo studio) Scotto; hæc etiam in re consenserint nescio an satis valeat, temeritatis notam ab eius sententia detorgere.

5. A ratione adeo firmum, atque ab auctoritate, fundamentum pro nostra conclusione, non video; & si pro ea, quam pro aliis, verosimilius addit. Etenim de excellentia propria, & adeo magna spirituales creaturas superbire, & inflari quam promptissimum, & quasi connaturalissimum est, ni præsto opportuno auxilia gratiæ Divinæ succurrant: id autem primo, cuique accidit, quod connaturalibus est, non autem post aliud, quod non est ita connaturale: ergo lucifero excellentissimo malorum donis Angelo, prius, aliis accidit superbiæ peccatum, fuitque proinde, eius peccatum primum. Probatur secundo, quia reliqua omnia luciferi peccata, ab scriptura Patribus, & scholasticis recognita, connaturali modo habenda, superbiæ peccatum supponunt (est aliis abique eo concipi, & haberi possint) quod tamen nullum ex aliis luciferi peccatis prærequirit ut fiat ergo: de facto peccatum superbiæ luciferi, aliis omnibus, eius peccatis antecessit causalitate, ac nullum pro naturæ posteriori posuit: quare, & fuit in lucifero omnium primum. Probatur, singula & omnia explorata luciferi peccata percurrendo. Siquidem odium, & ira connaturalissime ex superbia oritur aduersus eum, qui nostram excellentiam impedit habendam, vel habitam minuit inobedientia similiter superioribus, superbiorum vitium connaturalissimum, & proprium est, ut patet invidia etiam, quia ex superbia connaturalissime oritur tristitia de excellentia alterius, præsertim maiore, qua nostræ æstimationi minuitur, quod si superbia ingens, ut in lucifero, sit, de æqua etiam alterius excellentia vehemens tristitia in superbis excitatur. Atqui hæc sunt vitia in lucifero recognita, aliquando alia ex his provenientia, quorum nullum superbiæ connaturaliter, antecedit: ergo stat veritas antecedentis. Probationem antecedentis, & argumentum totum dedit nobis Chrysostom. homil. 22. in Genesim inferius recitandus, de invidia luciferi agens, quæ oriri difficilius ex superbia videbatur: oritur enim ex pusillanimitate, nisi casu, quo quis ex iudicio proprio, in quo se aliis superbe præferat rem egerime esse assequibilem censens, eam assequi desuperat, ut ait S. Thom. 2.2. quæst. 133. art. 1. ad 3. sed doctrinæ suæ generalis de ortu invidiæ, & pusillanimitatis, ex superbia desumptæ ex Gregor. Mag. 1. Pastoralis, c. 7. exemplum posuit vnum, alia quæ posset generali illa sua doctrina contenta, & nuper à nobis explicata minime excludens; Et quidem hanc ergo homines luciferi invidiam ex peccato anteriori superbiæ ortum duxisse, ac proinde non fuisse, eius primum peccatum expresse docet Chrysost. ubi proxime, cum enim obsecantem non fuisse (cum ex lapsu eius multo ante earum procreationem, tum quia primum, ac reliqua subinde antecedens hominum peccata) quæ ex invidia Diaboli ortum habuerunt, iuxta cap. 8. sapientiæ) probasset, sic ait. Num si ante factum hominem excidit, quando in tanta dignitate constitutum inuidisse homini corpus gestantis sed inuidit, quod ex superna gloria, in extremam, ignominiam deiectus, (ob superbiæ, quod primum, eius peccatum constanter Chrysostomus citatis locis docuit) fuerat, licet igitur incorporeus esset, videns tamen hominem tantum in corpore hominem, benevolentia conditoris sortitum invidia exarsit.

6. Sed enim statuo primum luciferi peccatum

proprie superbiæ fuisse disputatur à nonnullis an ita necessario primum id peccatum fuerit, ut nullum aliud speciei alterius peccatum primum eius esse absolute potuerit: dixi vero absolute & de peccatis omnibus loquens: Si enim de solis peccatis, quæ de facto lucifero adfuerunt, & connaturaliter loquamur: cum reliqua peccata connaturaliter ex superbia lucifero aduenisse dixerimus, non autem ex aliquo eorum fuisse ortam eius superbiæ; nec connaturaliter loquendo orti potuisse de naturali, seu connaturali potestate prompta est negatio decisiva, ac subinde naturalis necessitas, ut primum luciferi peccatum superbiæ fuerit. Hoc solum voluit S. Thom. 1. p. quæ 64. a. 2. Caietan. ibi, & Grandæ, cit. tract. 13. d. 3. & alij aientes primum Angelii peccatum debuisse esse superbiæ, de potentia vero absoluta, nec adeo rerum connaturalitate aligata, non est quæstionis decisiva, multo difficilior, nec in qua possit esse doctorum dissensio. Dicendum igitur est: superbiæ non debuisse absolute necessario esse primum Angelii peccatum, ita Valentia, disp. 4. quæ 14. p. 2. §. Neque ratio, Valquez. comment. art. 1. Bezan. tract. 3. quæst. 2. concl. 5. Arrubal. d. 178. cap. 1. num. 5. Ioan. Præposit. ad citatum, art. 2. dub. 1. numero 18. §. Dico primo, & numero 20. §. Dico tamen tertio. Probatur facile: quia potest absolute Angelo imponi à Deo præceptum positivum, verbi gratia amandi alium Angelum, quem ille, non ex superbia; sed quia liber adhuc manebat, omittet tamen libere, ac non ex superbia, ut absolute posset, & sic de innumeris aliis positivis præceptis, & casibus, absolute possibilibus. Potest item absolute imponi Angelo præceptum negativum, de aliquo scilicet non agendo, contra quod libere, ut absolute non potest, ac non ex superbia, sed ex motu alius contra illud agit; imo contra præceptum naturali omni rationali creaturæ non invidendi alteri, nec habendi alterum odio, potest absolute, non ex superbia, sed ex pusillanimitate pura, vel iudicio, quod indignus alter bona, illa quæ, et invidet habeat, quin se eis iudicet, superbe, & præsumptuose digniorem. Item Angelus potest alterum, non ex superbia, sed alias odire. Nec obstat non posse Angelum velle obiectum prohibitum quia prohibitum, & malum, sed ob bonitatem aliquam in eo repertam, quæ non potest non spiritualis esse, quam solum, ut pote spiritus, percipere, & appetere potest spiritualis autem bonitas, honestas est, nisi ex superbia propriam excellentiam, inordinate velit. Sed in primis probat obiectio, nullum, ne superbiæ quidem peccatum esse in Angelis posse: nam bonitas convenientia, & delectationis in quovis obiecto turpi, absolute, vel inordinate prosequendo, ob quam ita illud prosequitur, spiritualis physice, ac metaphysice est, sed quia spiritualis physice bonitas, idem, quod moraliter spiritualis, bonitas seu honestas non est, nihil argumentum probat. Secundo. Nec in peccato omissionis, quo voluntas obiectum præceptum non sequitur; sed fugit ob disconvenientiam, seu difficultatem, quæ ab eius prosecutione retrahitur, vim aliquam habet. Tercio: denique de omni prosecutione, positiva voluntatis falsum absolute est antecedens. Siquidem ex odio malum eius, quem odimus, quia malum ipsi formaliter est, sæpe voluntas prosequitur ibi stendo; quin vltius bonum & commodum aliud nostrum ex malo alterius voluntas amet; aliquot non odij, & inimicitia, sed concupiscentia affectus ille foret, ut fulius vidimus, tom. 2. Philoophie controu. de actibus voluntatis.

CERTAMEN IV.

Specialis actus superbia, qui primum Luciferi peccatum, fuit affectus equalitatis cum Deo in natura.

1. **H**Ac de re fuit Patrum, & scholasticorum sententia plures. Prima asserit Angelorum peccatum fuisse desiderium equalitatis cum Deo absolute tale, siue in natura, nec solum secundum aliquam similitudinem ita scotus censet 2. d. 6. q. 1. §. dicitur, & §. quia tandem. Gabriel. a. 3. dub. 2. Maior ibi q. 1. §. quia tamen ad primum Ballolus q. 1. Lichetus q. 2. a. 2. Molin. ad q. 63. a. 2. & 3. de vnica m. 3. S. Thomam, cum Scoto concilians: quod hic, de efficacia voluntate, quæ electio, propria, & mediocrum sit, vii & S. Thomas negat, ac solum de simplici, quam non negat, sed concedit affirmet vtrumque scilicet docens vterque ex Doctrina Aristotelis 3. ethicor. c. 1. & 2. Adde Ariagm d. 24. sect. 4. præsertim sub fin. ubi ita de facto peccasse Luciferum probabilissimum censet. Molina vero satis probabilis. De possibili asserit Valsq. d. 2. q. 2. est in questione de facto incertum id puter cum scriptura loca. *1. super astra Dei exaltabo solium meum, similis ero Altissimo, & Ezech. 8. dixit: Deus ego sum in cathedra Dei sedis* (quibus maxime decisio, quæstiones de facto innititur) satis comode à Patribus interpretibus, & Theologis aliis de expectata à Demone similitudine aliqua Dei, non in natura vere, sed in existimatione, & opinione aliorum (vt plane apud idololatrias est affectus) vel in aliquo alio extrinseco munere creaturis præfendi, omneque docendi (vt inferius videbimus, explicentur. Solus Nazianz. carmin. 6. de substantiis mente præditis pro appetitu Diaboli, & equalitatis Deo in natura expressit videtur: cui concordat Glossa Pl. 68. ad id. *Quia non rapui, tunc exsoluebam, Magister in 1. d. 6. c. 1. & citati Doctores scholastici affirmatiue sententia appetitus Diabolici similitudinis in natura, intrinseco-ve aliquo Dei in q. de facto adhaerent; imo Glossa ibidem, simili appetitu equalitatis cum Deo, in natura, siue (quod idem physice, & ad rem præsentem est) intrinseco aliquo Dei. Propterea nostros in paraiso peccasse à Diabolo deceptos, vt eius suggestionem, & tentationem, cui succubuerunt, *(eritis sicut Di. scientes bonum, & malum)* haud leuiter insinuat. Alarc. d. 9. c. 2. concl. 4. n. 11. affirmat de possibili, & de facto valde in affirmatiuam sententiam propèderi, & clarior n. 19. §. *An vero ita peccauerit.* Circa hanc sententiam, tria examinanda sunt, quorum duo præsuppositiue solum, tertium vero directè ad quæst. & difficultatem, quam nunc versamus spectat. Primum. An eiusmodi appetitu equalitatis cum Deo in natura aliquave perfectione Deo, eiusque naturæ intrinseca, & physice identificata, peccare Angeli poruerint? Secundum. An eius peccati possibilitas in Angelis supposita, de facto illo Angeli peccarint? Tertium. Quandoquidem eiusmodi peccatum propriæ, & specialiter dictæ superbiæ esset, scilicet excellentiæ propriæ affectus inordinatissimus: an fuerit primum Luciferi peccatum: quod in questione hac directè proponitur. Circa primum S. Thom. q. 16 de malo. a. 1. & 1. p. q. 6. a. 3. ubi Caiet. & Thomistæ Domin. interpretes negant eiusmodi peccatum Angelis possibile (tamen S. Thom. de efficaci voluntate, & affectu Luciferi, non de simplici coplacentia, & velleitate loquitur, vt nuper Molin. aiebat) Alex. 2. p. q. 98. n. 3. Alb. in 2. d. 5. a. 1. S. Bonau. a. 1. q. 2. Agid. q. 1. a. 1. Hericus q. 1. a. 3. Durad. q. 1. n. 13. Capr. d. 4. q. 1. a. 1. concl. 2. & 3. concl. 3. solut. 1. & 2. contra 2. concl. Marfil. in 2. q. 5. a. 2. concl. 7. Ferrar. 3. contr. g. c. 109 §. sed contra prædicta Vvill. Parif. 1. p. t. 1. partis princip. de vnica c. 109. Palacios, & Malon. in 2. d. 6. & alij apud Soar. cit. 1. 7. c. 1. quibus adde nostros Lud. Torres d. 61. dub. 3. & Arrub. d. 178. c. 2. Tanner. d. 5. q. 6. dub. 4. Præp. qui eam censet probabiliorē ad citat. a. 3. dub. 1. n. 27. §. *Alij negant, & confirmantur*, vsque ad n. 28. (tamen exinde oppositam videatur ab objectionibus vindicare) Quos iuxta citan-*

das, est non ex physica, & metaphysica possibilitate, ex morali tamen, seu prudentiali impossibilitate, ex qua eiusmodi peccatum graue, & ob quod damnaretur de facto (de quo est disputatio) Angelis negat, videtur censere eadem morali & prudenti repugnantia illud Angelis impossibile.

2. Dicendum tamen est: Angelos quosuis (quare, & Luciferum) peccato, & graui, & grauissimo affectus inordinati equalitatis cum Deo, secundum naturam, eique intrinseca peccare absolute potuisse, ita recitati DD. initio numeri primi. His adde nostros Mol. ad citat. art. 3. Soar. cit. c. 12. à n. 14. Gran. tr. 13. d. 2. sect. 5. Alarc. tr. 6. d. 9. c. 2. n. 13. concl. 4. Ariag. d. 24. sect. 4. concl. 4. Ratio est: quia, est Angelus, antequam primo peccaret, nullum errorem pati possit, vt se esse Deum iudicet possibile, ac proinde in id cognitum, & iudicatum possibile ferri nequeat; attamen in id, simplici apprehensione cognitum, & conueniens repræsentatum simplici affectu ferri absolute potest: cui habendo iudicium de sui obiecti impossibilitate, non obest, Sic Dæmones apprehendunt Deum durum suorum criminum vindicem, & vltorem esse: quod tamen esse impossibile iudicant, sciuntque euidenter esse impossibile: ac de sic apprehenso defectu, & absolute non esse Dei ipsis commodo, ne ita puniantur, simplici affectu, seu velleitate de eius non esse efficiuntur. Similiter homines apprehendentes se aues esse, volareque per aëra, ac cælos volatu transcendere similibusque inanibus apprehensionibus bonorum, ipsis euidenti iudicio, suo impossibile, vane delectantur, siue ea impossibilia ipsis euidentia, absolute simplici apprehensione, siue composita conditionate, & in hypothesi proponantur, vt contingit, cum cogitat Dæmones *si non esse Deus etc.* & hominibus. *Si ego essem aui, & per aëra volatu cælos, & ultra ascenderem.* Ita etiam, & honeste, homo peccato letari hac apprehensione potest, *se non peccasset*, & honestissime, ingenti supra modum merito simili, ac celebratissima, sua apprehensione delectatur, & afficietur Aug. ardentissime, dum aiebat. *Si ego essem Deus & Deus esset Aug. mallem illum, quam me ipsum Deum esse*; quæ tamen apprehensio impossibile pluribus Aug. notissimorum, ac euidentissimorum, nota erat, & tamen apprehensio ab eorum impossibilitate præcindens satis ad eos effectus, seu affectus in voluntate excitandos erat, siueque satis inde vero probatur similis (est oppositus) affectus simplicis complacentia, & velleitatis essendi Deum ex apprehensione, simili Luciferi, & Angelis reliquis in statu viæ, non solum possibilis, sed grauius etiam peccaminosus, vt, & Aug. affectus ille honestissimus fuit. Dixi cum affectum simplicis complacentia, & velleitatis ex apprehensione, vel absolute, vel conditionate habita ibi sistendo esse turpem, & graue peccatum, contra Art. cit. f. 4. n. 3. concl. 3. quin progrediatur affectus ad complacentiam de alio impossibili similiter apprehenso de non existentia Dei quam à Dæmonibus, haberi superius diximus. Propter autem ad hominem: quia idē asserit eodem n. concl. 4. necessarium esse ad eius affectus, & complacentia cuiusvis excellentiæ propriæ, vltra, & supra vniuersumque naturam, & proportionem omnem cum ipsa, & inordinatam, ac nimium excellentiæ propriæ, & subinde superbiæ propriæ & specialiter dictæ affectum esse, vt graue superbiæ peccatum sit: qui simplex illa complacentia, & affectus Deitatis apprehensæ, vt habita ab Angelo est appetitus, seu effectus, excellentiæ propriæ, vt propriæ, & habita ab ipso vltra eius naturam, omnemque capacitatem (nec dum proportionem) sistendo in ipsa, eiusque possessione apprehensa, ergo est affectus, & peccati superbiæ propriæ, & grauissimū, ac nimis inordinatū præ nimia improportionem infinita excellentiæ in qua affectus, & complacentia illa fertur cum natura Angeli, de illa, vt propriæ, & præhabita sibi complacentis, quin vltimus affectus ad complacentiam de eo, quod Deo Diuinitatis excellentia deficiat, odio, vel inuidia progrediatur.

3. Et quidem maior syllogismi euident est à definitione ad definitum: tamque illa, quam conclusio tota tradita Eccl. 3. verbis illis *Altiora te ne quaesieris*, & toto Pl. 130. *Domine, non est exaltatum cor meum, neque elatus sunt oculi mei. Neque ambulauit in magnis, neque*

in mirabilibus super me &c. insuper ex locis Isaia. & Ezech. pro dec. quæst. de facto referendis eadem maior. & conclusio proxima constant. Probaturque 2. conclusio à ratione, omnis affectus creaturæ rationalis, estiam simplex, circa excellentiā propriam, & sibi supernaturalē, ut sibi connaturalem, ac debitā, & hoc sensu propriam, peccatum superbia est: cūctis. Catholicis Doctoribus iuxta fidei dogmata fatentibus: atqui nil tam supra naturam angelicam, imo totam creatam, & creabilem eiusque exigentiam, & iura omnia, ac proinde, tam supernaturalē ipsi est, quam Deus, & Diuinitas: nilq; magis connaturale vnicuique est, quā, quod natura sua est: ergo simplex affectus, & complacentia Angeli Luciferi de eo, quod se Deum esse cogitet ibi sistendo, est affectus de excellentia, & supernaturalib. supernaturalissima, tanquam sibi connaturalissima, ac identice debita: ac proinde affectus ille, & complacentia simplex propriæ superbiæ, & ingentis, peccatū est, vniuersa quæ conclusioni nostræ opponitur ab aduersariis, ex impossibilitate cognitionis, & representationis identitatis naturæ angelicæ, cum Deo / sine qua complacentia de ea identitate, & velleitas conditionata, & in hypothesi in Luciferi, qui illam euidenter cognoscebat, & iudicabat impossibilem, imo, nec sibi conuenientem, & commodam, ut de ea posset complacere siquidem, euidenter, etiam sciebat ea identitate in se ipso defecturum, essetque Deus / disiecta sunt n. 2. solum enim probant, impossibilitatem representationis per iudicium, nō autem per simplicem apprehensionem, cum euidenti etiam iudicio de opposito compossibilem: ac proinde, nec posse esse de eiusmodi identitate complacentiam, simplicem, ac velleitatem per iudicium regulatā, & directā; secus per simplicem apprehensionem, qua identitas, & conuenientia proponitur, quin ad iudicium possibilitatis, & conuenientia: aut impossibilitatis, & disconuenientia: perueniatur exemplis, & experientia nostra quotidiana producta n. 2. demonstrant. Sed argui, & aperte instari pronum cuique est, contra eius complacentiā, & velleitatis simplicis malitiam, ex simili hac peccatoris de peccatis dolentis. *Off. esset impeccabilis, & in illa Aug. si Aug. esset Deus, similis complacentia, & velleitas simplex, & per nos honestissima inuenitur: ergo in simili Luciferi malitia non est, nisi ad complacentiam de eo, quod Deus, non esset Deus, progreditur. Praueni objectionem & anticipato solui, dum complacentiæ Luciferinæ malitiam probari addens. Sistendo in complacentia de excellentia Dei, ut propria, & ut à complacente habita, ipsūque ad eam excellentiā graudue euehente formaliter & constituyente, ut sibi ob illam complacere.*

4. Id vero secus habet in affectu illo ardentissimæ charitatis Aug. ex qua non sibi de ea excellentia complacere superbiens, nec aliter, nisi ut eam in Deum, quem ardebat, transferret: ac proinde affectus ille nūquam superbia, sed charitas stupenda fuit ultra possibilitatem, ad impositibilia etiam, præ suo ardore, concitata, atque proiecta. Similiter de peccatoris velleitate illa: siquidem impeccabilitatem, vel peccati odio, vel Dei etiam amore velleitate illa, & complacentia simplici veller, ne peccare, Deumque offendere, adhuc posset, non autem, ut superbiret, ac sibi vane de eiusmodi excellentia Diuinæ impeccabilitatis, qua posset atque ipsum ornantis, sibi attento, ut motiuo, complaceret. Dices contra malitiā in eo affectu grauitatem. Ad grauitatem culpæ opus est, ut actus, seu affectus ex plena deliberatione, pleneque simplicitate, & absolute liber procedat, quod, nisi ex præconferentia, & perpenfionem affectus, seu actus prauus procedat, fieri nequit: atqui per nos complacentia illa Luciferi de sui identitate cum Deo, ex sola simplici apprehensione eiusmodi identitatis dirigitur, ac procedit, quin ex iudicio de ipsa, eiusue conuenientia naturæ Luciferi adhuc possibiliter, nedum actualiter, possit procedere: ergo is affectus seu actus simplicis complacentiæ, & velleitatis Luciferi de identitate, sui cū Diuinitate, sui de eo, quod sit Deus, malitiam grauem habere absolute

nequit; nedum adeo, ac diximus grauem. Respondetur huic apparenti cæteris difficultatib. deliberationem plenam, & præconferentiam iudicii circa partem vtramque necessariam ad actionem, seu affectum libertatem absolutam, & simpliciter, nec solum secundum quid talem, ac subinde ad malitiā grauitatem, non esse circa possibilitatem, vel impossibilitatem, conuenientiam vel inconuenientiam que physicam obiecti apprehensio, de possibilitate obiecti, eiusque conuenientia physica appetenti, & in re præfenti, posse esse iudicium in Luciferi negauimus ac solum simplicem apprehensionem concessimus, solum ergo requiritur ad absolutam, & simpliciter talem libertatem, ac proinde grauitatem malitiæ, affectus seu actionis, eius præconferentia, & deliberatio ex iudicio circa delectabilitatem, & turpitudinem actionis & affectus erga obiectum: quod circa vtramque haberi optime potest, etsi actio, vel affectus ille simplex, ex simplici apprehensione obiecti, & conuenientia appetenti, & in re præfente Luciferi, habendus sit: dummodo præconferentiam, & iudicium honestatis, & turpitudinis non præueniat, ac subitorem motum nostrorum, quos primo primos vocamus, adintra affectus ille concipiat: ut fieri posse manifestum est. Ex quo Doctrina arguitur & instantia contra grauitatem malitiæ, affectus, & complacentiæ simplici, ac velleitatis Luciferinæ possibilitatem præfocatur. Quod si eis de rebus intellectui angelico, & subinde Luciferi pro natura priori ad peccatū error possit obrepere, de quo, etiam cert. s. nil, vel apparere, conclusioni nostræ opponitur.

5. Dicendum secundo, in questione de facto Luciferi præfatu affectu complacentiæ, simplici, & velleitatis æqualitatis cum Deo, secundum interitalem, & naturam Dei de facto peccatū. Est contra Doctores negantes huius peccati angelici possibilitatem, citatos n. 1. sub finem, & ex his, qui possibile admittunt, aut non adeo rigide impossibile censent, est etiam contra Quirios d. 74. lect. 1. n. 3. 1. Prima sententia contra Valquez cit. c. 3. vbi reputat questionem dubiam, ac nullo firmo fundamento affirmatiue demonstrabilem, ut vidimus n. 1. sub init. Habet tamen conclusio hæc Patronos, Doctores omnes, quos ab eius numero initio retulimus, Nazianzenum erat. 27. n. 3. ita scribentem. Hæc inuidia & Luciferum abhorrebat ob mentis elationem prolapsam, indignam enim, atque intolerandam dicebat, se, cum Diuinus esset / sua velleque apprehensione, & cogitatione non Deum equare (ut debebat) existimari. Clarius eam. 6. de substantiis mente præditis ait,

Quocirca primus male sana mente, transiens Lucifer (eximia nam quod frueretur bonis) Sperabat regale Dei soliumque Deusque) Corruit amisso vel is splendore: miserrime Dum Deus esse cupit &c.

Cui concordat Glossa citata n. illo 1. Accedunt 3. tres sensus, vel literali, vel figurato saltem, ab ipso vero sancto, intento illa Isaia 14. Qui dicebat in celum conscendam: super astra Dei exaltabo solium meum. Sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis: & c. Sedem super altitudinem nubium, similis ero Altissimi, ex quo loco bene arguitur, non solum verbis, similis ero Altissimo: quæ de similitudine aliqua in aliquo extrinseco, non autem, in natura posset commode intelligi, sed illis præcipue in eadem sententia. Cum enim in celo esset empyreo, & celorum supremo, multum superius, quo ascendere restabat, ergo non de altissimo ad superius celum corporeum Lucifer cogitabat, sed de ascensu supra creatam omnia, quorum ceptum illud, vbi id cogitabat eminentissimo loco pollum illud, supra creatam omnia etiam præstantentabat, ac si dicat: supra creatam omnia etiam præstantentabat, & ultra quæ solus Deus est, ad ipsamque Deitissimā, & ultra quæ solus Deus est, ad ipsamque Deitissimā, quæ immensitate sua ultra empyreum, quod ambit, porrigitur, ac omnia replens altis, in lateribus Aquilonis sedet, ponitque nubes ascensum suum, & ambulat super pennas ventorum ascendam, & c. equabor, similisque altissimo ero in Deitate, cui soli in eis omnibus Sedem, solumque habere proprium est. Et sane literalis hic loci huius sensus, vel inde suadetur: quod alias altissimi, & instantissimi Luciferi.

qui cogitationis, & affectus superbi relati initio solum suum supra empyreum volebat deferuisse, si deinceps astris, nubibusque à Deo empyreo inferioribus insidere optasset; cum tamen, superbia, ac superbiorum cogitationes, & affectus ad maiora in dies appetenda inardescant, & crescant iuxta Psalm 73. *Superbia eorum, qui se oderunt ascendit semper.*

6. Secundum testimonium ex Ezechielis 28. in quo, ut supra vidimus Regis Tyri, ac Luciferi superbia, & ruina intercalatis verbis ad litteram refertur: ita vero, ut alterius, ex eis casus, & superbia, litterali sensu alterius historia figurato ab Spiritu Sancto etiam intente refertur; qui figuratus sensus superbiæ, & ruinæ Luciferi ab Spiritu Sancto intente in Regis Tyri litterali historia toto eo capite, (ut alij volunt) narrata superbiæ, & casum Luciferi æq. certitudinis, ac si de Lucifero ad litteram, eiusque peccato, & ruina sermo ibi texeretur faceret, eisdem Doctoribus fatentibus, quo positum superbiæ, ex qua viceque, siue ad litteram, huc figurato sensu lapsus ab Spiritu Sancto per Ezechielem dicitur: sit, quod se esse Deum dixerit, ac complacuerit, ut n. 1. dicitur, *quod eleuatum est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum*; & *dedisti cor tuum, quasi cor Dei*, & n. 6. *Et quod eleuatum est cor tuum, quasi cor Dei*, & n. 9. *Numquid dicens loqueris Deus ego sum coram interficientibus te?* Eiusmodi complacentia de eo, quod Deus esset, & affectum similitudinis cum Deo in natura, superbiæ Luciferi peccatum de facto fuisse aperte, & ex omnium Patrum, & interpretum, ad id caput in intelligentia monstratur. Tertium testimonium secundi huius datum sensum vel deconfirmat, & conclusionem (me iudice) clare probat. Prælium Michaëlis, & Angelorum eius cum Lucifero, & apostatis sequacibus, exemplo, & suasionibus oppositis peccato, & cogitationi Luciferi & habitum est: atque exemplum, & iussio Michaëlis, ut Luciferum, &c. à peccato suo ad bonum frangi reuocaret, ab scriptura memorata, illa tota, & sola est. *Quis sicut Deus ex qua militat caelestis Princeps Angelus Michaël nomenclaturam sibi adiecit: Ergo Luciferi peccatum, & cogitatio fuit se Deum esse, ac Deo similem in natura.* Probatur consequenter: nam is solum directe, & immediate exemplum, & iussio illa Michaëlis, *quis sicut Deus* aduersatur.

7. Certe, quæ huic conclusioni possunt opponi nullius sunt ponderis. Nam quæ ab impossibilitate, vel affectus huius, vel grauis malitiæ in illo inueniendæ obiciebantur, à nonnullis, ac subinde contra eius absolutam existentiam militabant, dissecta sunt, dum primam conclusionem probauimus, ex quibus illud etiam diluitur, quod ex verbis Anselmi de casu Diaboli c. 4. opponitur contra hanc conclusionem, *Quo modo, inquit, potuit Diabolus velle, quod non potuit in dicare? Non enim adeo obuia mentis erat, ut nil aliud simile Deo cogitari posse nesciret.* Loquitur tamen, de efficaci absoluta voluntate, quæ ex iudicio possibilitatis obiecti, ac negatione subinde euidentis iudicii de eius impossibilitate debet procedere, quam nos etiam in Lucifero negamus, ac solum simplicem complacentiam, & velleitatem aequalitatis cum Deo in natura, ex simplice solum apprehensione (quæ de euidenter notis impossibilitatibus esse potest) oriundam. At, inquit, ex aduersariis nonnulli voluntas Luciferi, non simplicem complacentiam similitudinis Dei, sed desiderium, & efficaciam quidem, denotat: ut patet ex illis, *in calo confendam*, quæ de faciendis sunt. Atque per nos efficaciam voluntas, aequalitatis, & similitudinis Dei in natura, vt patet rei euidenter ipsi impossibilis repugnat Lucifero: ergo ea voluntas, eo Ista loco significata non fuit similitudinis Dei in natura, sed, vt summum, in extrinseco aliquo. Respondetur negando antecedens. Nam complacentia simplices, & velleitates de obiecto impossibili, ac conditionata desideria sub conditione euidenter impossibili apprehenso simili voce optatiui temporis praesentis, vel futuri imperfecti, vel absoluti, vel in hypothese, ac sub conditione, æque commode significantur, queunt: ut patet, in eo, qui cogitans se auem esse in volatu per aëra delectatur, quem affectum recte explicaret, si diceret: volo ab

per aëra, & celos transcendam, non quia id faciendum à se iudicet, ac efficaciter velit, sed quia ita esse, vel fore apprehendit, & gaudet. Opponunt demum credibilem nusquam esse excellentissimum, & sapientissimum Angelum Luciferum, imo neq. ex Angelis infimum, ob inuicem illam somniant, & vmbaticæ excellentiæ Diuinæ, non iudicata, sed solum apprehensa delectationem, deliberationis accessu (ut opus ad adeo graue, & infandam malitiam erat), tanta turpitudine, & preparatis tartari suppliciis æternis propositis protitis, tamen illa primo ex præconciliato & deliberato concepit, vel motu primo primo, ex simplici illa apprehensione (quod fieri connaturalius poterat) conceptam non illico abiectile, sed consilio conseruasse. Verum creatæ fragilitatis, etiam sapientissimorum, & perfectiorum experientia frequentes huic Luciferi miserrimo, & stolidissimo casui & admirationem eximunt, & faciunt fidem: ut ex eo etiam, eius proloqui: *Magnarum mentium errores non, nisi ingentes, esse*: veritas caperit. Quod si indeliberato (ut eximo) eiusmodi complacentia simplex de propria Diuinitate, apprehensa primo concepta à Lucifero fuit ac primo percepta eius delectatio quantum efficaciam ad deliberatam in illa contra (naturales præsertim) rationes omnes persistentiæ, & ruinam afferat satis suadet, cum experientia, quæ ex delectatione prauæ actionis indeliberatæ præcepta ad illam deliberatæ conseruandæ, vel repetendam adeo potenter, etiam contra supernaturalia Dei auxilia voluit impellitur: id quod nec Diabolus, sua etiam fors ruina edoctus ignorat: quandoquidem, eos in nobis subitos prauos motus excitat, ut nos eum acius tentare permittitur fortius imperat, atque in peccatum impellat: tum etiam experientia à contrario, quæ Deus, ut nos, ad virtutes exercendas, & vitiis oppositis, restitendum auxilium gratia suæ armat ac subitorem motuum, de earum virtutum delectationibus, nos præuenit: ut idcirco Patres, & frequentissime Augustinus, atque ex eo præsertim Valquez nosse, & ex eius eruditione, & sententia sapientes quique Theologi potiores efficaciam auxiliorum (quod ad phycicum eorum attinet, non autem ad effectus infallibilitatem) magnam, & præcipuam partem in his indeliberatis virtutum motibus constituant.

8. Circa postremum examinandum, & decidendum in præsentiarum dicendum est tertio. Affectus superbiæ præfatus aequalitatis, & similitudinis in natura cum Deo fuit Luciferi primum peccatum, docuit expresse Maior citatus n. 1. in idque ex nostris aliqui inclinant: alij valde probabile reputant, quos sub eius numeri initium relatos inuenies. Probatur quia ex affectu Luciferi, & recognitis nullis hunc aequalitatis ad similitudinis Deo in natura tempore, aut natura anteuit, nec connaturaliori eorum ordine debuit præfatus affectus præire: immo vero alij omnes huius confectionaria sunt, & appendicula, quasi connaturalia, vt, cert., cōstabit, de eo, qui ab Scotistis, & Nominalibus aliquot primo loco censetur, de aliis cert. 6. quod si connaturaliori modo, & ordine prauus affectus iRe alios debet antecedere ita esse factum legitime in bona Theologia concluditur. Probatur secundo, ex scriptura: ex qua ostendimus cert. 1. primum Luciferi peccatum fuisse propriæ, & specialiter dictæ superbiæ, vt ab aliis speciebus peccatorum diuerse: ex hoc vero certamine constat, locis scripturæ, quibus causa tota Luciferi, atque casus eius à gratia, & felicitate illa, in qua creatus fuit, atque eius ab empyreo in inferni barathrum electionis affectus ille describitur, affectum illum aequalitatis Deo in natura vtriusque, & à gratia, & ab empyreo in tartara casus, ut totam, & vnicam, vel præcipuam causam referri: atque casus à gratia, in qua creatus Lucifer à Deo est, causa tota fuit primum eius superbiæ peccatum: ergo dum effectus ille aequalitatis Deo in natura casus à gratia, causa, & tota præsertim ab Isaia, & Ezechiele describitur primum superbiæ Luciferi peccatum fuisse asseritur, esto: alia peccata in via etiam admiserit ob quæ etiam, via statim exacto fuerit suppliciis irreuocabilibus, & æternis damnatus, & additus.

CERTAMEN V.

Scotus impugnatur.

1. Scotus, & Holcot relati cert. 3. n. 2. sub med. (quod sententiam probabilem reputat Bassolus citatus ibidem) censent ante hanc complacentiam simplicem de Diuinitate apprehensa à Lucifero, vt sibi propria, & à se possessa (quæ concupiscentiæ affectus est) alium affectum complacentiæ erga personam propriam, siue in se ipso naturæ priori necessario præcessisse, qui complacentiæ in persona altera, & amoris, amicitiae propriæ erga alium, respondet, quo nil illi formaliter concupiscentis, atque ad aliquid aliud boni ipsi appendendum, & volendum, tanquam ex prærequisito, & necessario præsupposito pro naturæ prioris affectu, mouemur. Huius, inquit, adinstar, cum nobis aliquid, (atque in re præfenti Luciferi sibi) affectu concupiscentiæ, siue complacentiæ simplici, siue desiderio, quous appetimus res se habet: vt, scilicet, complacentia in propria persona, & nostri proprius amor, affectum omnem concupiscentiæ alicuius vltioris boni procedat. Hinc aiunt complacentiæ in se ipso affectum, & amoris proprium Luciferi ante affectum concupiscentiæ Diuinitatis, seu alterius, cuiusvis boni pro priori naturæ præcessisse, eamque fuisse luxuriam seu libidinis spiritalis peccatum, & necessario in ipso primum. Hanc tamen Scoti doctrinam, Caietan. & alij impugnant, quia distinguunt realiter complacentiam in persona, siue propria, siue aliena ab affectu concupiscentiæ, quæ de aliis bonis ab ea habitis gaudentur, vel ea ipsi desideramus (vt oportere: ad illius respectu huius præcedentiam, naturæ, & causalitatis) reputant impossibile. Ariaga d. 24. sect. 1. n. 3. §. Secundo reiciunt, & n. 4. §. Vbi aduerto: possibilem putat amorem complacentiæ, in persona propria, vel aliena, quin vltius aliquid bonum, extra ipsi intrinsecum alterutrius, siue complacentiæ, siue desiderio ametur, sed in persona eiusque intrinsecis, sicut complacentia, & amor: quo in casu cum affectum alterum, quo extrinseca bona personæ propriæ velimus causare posse non negat, sed tacitus supponit. Cæterum amorem illum complacentiæ in persona alia, ab alio quo ipsi extrinseca alia velimus necessario distinguunt, eique natura præcedere falsum reputat, & impugnat à priori: quia amor, quo aliquid bonum extrinsecum, propriæ, vel alienæ personæ volumus necessario tangit personam, cui illud volumus: ac proinde illo amore persona ipsa amatur, vel propria, vel aliena, sed vtrorumque Doctorum impugnatio doctrinæ, ex qua ita Scotus & Holcot in re præfente discurrunt, non placet. Falso enim, in eo conueniunt: quod scilicet in affectu quo personæ propriæ, vel alienæ aliquid boni extra essentialis (vt sic dicam) volumus, personæ etiam amorem contineri, quia, dum ei illud volumus persona ipsa cui illud volumus tangi, eodem affectu debeat, & amari.

2. Id esse ostendimus falsum: t. 2. Philosophiæ tract. de voluntate controu. de eius actib. vbi in affectu, quo amico bona quæuis, siue complacentia, siue desiderio volumus personam amici realiter formaliter, vt obiectum amatum, ac volitum, minime tangi, ex instituto probauimus. Imo vero, vt aliquid ei boni ex amicitia velimus, complacentiæ in persona, seu amoris personæ affectum debere realiter formaliter, natura præcedere. Id, quod, vel inde patet: quia, si rudiorem quemque, & formalitatem, & illationum, ac præcedentiarum metaphysicarum profusus ignarum roges: cur bona amico desideret, & de possessis ab illo, gaudeat? respondebit illico: quia amicus meus, vel quia illum amo: amorem, scilicet, personæ pro causa desiderij, vel complacentiæ de eius bonis, physica scilicet, & reali reddens. Id ipsum Philosophi, & sapientiores significant dum eos affectus, erga amici bona ex amicitia vero, ac nulla

fissione mentis haberi à nobis docent, quod, si amor personæ eos affectus re ipsa præcedat, sed realiter affectibus ipsis identificetur falso docerent. Sic ergo personæ alterius amor amicitia respectu illius affectus, quo bona ipsi volumus respectu illius affectionis electionis mediorum finis intentio, siue cuius reali præcedentia, ac subinde ab illa distinctione electio vere talis, atque ex ea intentione esse nequit: esto, vtrumque obiectum ob suam quodque bonitatem, ac non, vt medium, & finem formaliter amari eodem affectu queant: ex quo instatur, illa ratio à priori de necessaria attingentia personæ, cui aliquid volumus boni, quia intelligi nequit, illud amari, quin illi personæ amemus: quodidem, nec intelligi potest amari electione medium, vt medium, seu vile ad finem, quin finis in obliquo tangatur, & ad finem ametur, & tamen illud, vt medium, & finem, aut finem eodem actu simul amari: repugnat vt citato proximo loco ostendimus & tunc hoc secundo de Deo vno summatim. Atque, vt rationem à priori, alia à priori, pro vtroque reiciamus, etenim solum, vel persona, cui bonum aliquid volumus, vel medium, quia medium realiter formaliter eligimus, amari debent, quatenus bonitas illa ad personam, & vtilitas ad finem transcendentaliter essentialiter referuntur, suntque subinde, & persona, & finis respectu illius necessarij termini: atqui amore bonitatis transcendentaliter essentialiter relaxat terminum, terminum ipsum simul amari non est necesse (alioqui nec penitentia bonitas amari poterit quin eodem amore ametur peccatum, quod est implicatorium, & erroneum) ergo male ex amore bonitatis relaxat ad personam, & vtilitatis ad finem inferitur eodem amore, vel personam, vel finem, simul & indiuisum amore ipso amandum; falso item Doctores iidem censent, eodem modo de possibilitate, seu impossibilitate, necessitate, aut non necessitate præcedentia amoris, personam tam propriam, quam alienam, vt alterutri bonum optemus, vel de possessis, gaudeamus (in quo Scoto consentimus) tamen, tam de amore personæ alienæ quam propriæ necessariam præcedentiam contra Scotum negant, atque eorum alij reputant impossibilem. Quam vero diuersimode de præcedentia amoris personæ, alienæ ad vltiores illos affectus erga ipsam exercendos necessitate, possibilitate, aut impossibilitate, atque de his, si amor propriæ personæ sit philosophari debeamus iam Scotum super eo confutamus subitico.

3. Igitur Scoti doctrinam hanc ex qua ad præfens discurrit, impugno primo. Esti amor elicitus personæ alienæ necessario vltiores affectus, & quia bona alia ipsi velimus amore ipso amandum; falso item Doctores iidem censent, eodem modo de possibilitate, seu impossibilitate, necessitate, aut non necessitate præcedentia amoris, personam tam propriam, quam alienam, vt alterutri bonum optemus, vel de possessis, gaudeamus (in quo Scoto consentimus) tamen, tam de amore personæ alienæ quam propriæ necessariam præcedentiam contra Scotum negant, atque eorum alij reputant impossibilem. Quam vero diuersimode de præcedentia amoris personæ, alienæ ad vltiores illos affectus erga ipsam exercendos necessitate, possibilitate, aut impossibilitate, atque de his, si amor propriæ personæ sit philosophari debeamus iam Scotum super eo confutamus subitico.

religiosa eius bona connaturalius, quam ex illo prouenire sua debetur: & subinde postrema illatio, in quaestione de facto contra Scotum confirmabitur: enim factum, quod connaturalius sit, ubi de opposito, non constat, certum omnibus est. Probat ergo illud antecedens, quia affectus, ut sic loquar, & inclinatio cuiusvis entis ad se ipsam, ex quo bona, & commoda sibi, appetit, nociua vero, & mala suæ naturæ auerfatur, naturalis natus, & identificata naturæ suæ cuius entis est, & quæ ad conuertentiam, cum omni ente, etiam irrationali, & insensitivo, ac nullatenus cognoscitino dicitur: ut patet experientia in omni ente etiam rudissimo, & imperfectissimo, qualia elementa omnia sunt, quorum quoduis, & suum esse appetit, & exinde loca sui conseruationis aptiora naturaliter, ut sic loquar, amat, aduersa vero auerfatur, nec nisi reluctanter, & violenter in eis detinetur: ut inde Aristotelico prologo, vulgo generaliter dicitur, *unumquodque appetit suum esse*; ex quo multa, & pulchra inferit Aristoteles 3. Ethicorum, c. 1. & 2. Ergo appetitus cuiusvis entis ad se ipsam, ac subinde naturæ, & personæ rationalis ad se ipsam innatus ipsi est, non elicitus. Patet quia appetitui innato esse elicitem repugnat. Secundo, quia omnis amor, & appetitus elicitus essentia sua ducitur cognitione, ac proinde solis substantiæ cognoscitiuæ, quæ cognoscitiui potest competere: appetitus autem, & inclinatio cuiusvis entis ad seipsum, siueque esse non ducitur cognitione, nec competitur, aut substantiæ cognoscitiuæ, quæ tali, cum omni ente etiam non cognoscitiuæ, ac subinde quæ ens est, conueniat: ergo amor sui ipsius creaturæ cognoscitiuæ etiam ex quo commoda sibi appetat, ac refugiat aduersa elicitus non esse, sed natus, suoque esse, & naturæ identificatus.

4. Dices, in non cognoscitiui ceteri appetitus, inclinationem, & amorem sui esse, & naturæ ipsorum naturis indifferenter deinde: quia ex cognitione ipsi impossibili illud appetere, amare, atque exinde commoda suis naturis velle ac nociua auerfari, fugereque non possunt: ne erga ipsa cura nec satis prouida natura, & prouidentia arguerentur. Secus vero in substantiis cognoscitiuis facti, qui eos affectus ex cognitione elicit, & habere possunt. Contra, quia bruta cognoscitiua absolute sunt, & cognitione sensitiua in passu nociui, vel proficui, & naturæ instinctu. Primum elicito appetitu appetunt, secundum, siue etiam appetitus eliciti, auerfatur: idque ex appetitu, & amore fuisse, & naturæ, quam vtrique non cognoscunt, ac proinde natio, ergo non solum de eo natio appetit, & innato substantiis, & entibus non cognoscitiuis: natura prouidit, sed & cognoscitiuis: quare ipsa, appetitus innatus, & amor sui esse, necessarius ad nociuorum, sibi suæque naturæ fugam, & proficuum prosecutionem elicita ipsi prorsus inscitis natura prouidit: ergo nec cognoscitiui, quæ cognoscitiuis natus sui amor, & appetitus competit: quare, nec elicito sui amore ad bonum sibi appetendum, malumque auerfandum cognoscitiua opus habent. Dices secundo id de substantiis solum sensibilibus cognoscitiuis, quæ seipsas cognoscere nequeunt verum esse, ac merito ita à natura prouidum, secus vero de substantiis rationalibus, quæ seipsas cognoscere possunt, ac proinde se ipsas elicite amare. Contra primo, quia plures homines, sine vlla sui cognitione, ac super seiplos reflexione mala fugiunt, & proficua ac bona appetunt: ac proinde ex innato sui amore non elicito. Secundo, amor, sui elicitus, nequit esse, sine bonitatis sue entitatis, ob quam se elicite amat cognitione: quos autem quisque erit, qui eam bonitatem entitatis, sciat, aut vnquam cogitat, ut cū ex sui amore bona sibi vult, & non vult mala, cum amorem sui possit prius elicere? ex metaphysicis vero scholasticis, qui accuratissime de ea disputantes tandem ueniunt, quinam ad prosecutionem, vel fugam obiectorum sibi conuenientium, vel disconuenientium eius bonitatis recordantur, ut se amet, & ex elicito sui amore prestat sibi vel amet, vel auerfatur? Contra tertio, quia cum entis prædicatum in aliis omnibus in actum hunc sui amorem, secum idem cum afferat, hunc illud, quæ ens est, metaphysice consequi, vel potius necessario comitari cuius, ens est: quandoquidem in tot entibus, vel substantiis à Deo specie, & genere diuersis, eo quod in generalissimo entis, vel substantiæ prædicato conueniat reperitur. Cum autem eius passionis metaphysicæ, sicut neque ipsum, diff-

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

ferentis vllis (quantumvis invicem diuersis, atque inter se pugnantibus) contractibus destrui possint, sed perfici potius debeat. Rationali cuius creaturæ cui entis, & substantiæ prædicatum adest, & hunc sui amorem innatum, & natium comitem metaphysicæ illius adeste citra dubium est, nec, ut se substantiæ cognoscitiuæ, etiam rationalis amare possit facultatem cognoscitiuam inditam à natura habere, sed, ut amare possit proficua sibi quæ nouerit, ac fugere aduersa: ac proinde, ut diximus sui pene oblitus, ac bonitatis suæ entitatis ignarus, quare, sine vlllo sui elicito amore, semper, vel fere semper, ea sibi obiecta amat, vel fugit.

5. Duo inde facile dignoscet, primum necessitate prout eliciti amoris personæ alienæ, ut ei bona velimus, nolimusque nociua ad necessitate similis præcedentiæ amoris eliciti personæ propriæ, ut sibi bona vel mala quisque appetat, vel fugiat perperam duci consequentiam. Siquidem amor innatus respectu entis, substantiæ, aut personæ alienæ, nulli enti aut substantiæ aut personæ innatus, & inditum metaphysicæ comes est, quare elicito amore personæ alienæ opus cuique est, ut illi bona velit, ac mala nolit: amor enim alicuius personæ debet præcedere, ut ipsi proficua velimus, innatus autem erga personam alienam non est, neque esse potest, cum natura, & intrinseca variari, mutarique magis nequeant, quam possit, rei cuiusque naturæ essentia physica variari aliterque, & aliter secundum ipsi intrinseca habere: quod repugnat æque, ac contradiçorie ipsam esse ac non ipsam. Defectum ergo innati amoris personæ alienæ supplet in nobis amor erga ipsum elicitus ob aliquam bonitatem in eo cognitam, ob quam in ipso complacemus, eamque nobis affectiue coniungimus: quemadmodum in filiis adoptiuis, quibus naturalis filiatio abest, abesseque debet, supplet illam adoptantis voluntas. Quid ergo amor elicitus supplet amoris innati respectu propriæ personæ cui innatus, quem supplet, nequit deficere, vel adoptio respectu filii naturalis, cui adest naturalis filiatio, cuius defectum debebat supplere: male ergo inferebat Scotus, secundum est. Non melius Ariaga relatus n. 1. amorem elicitem erga propriam personam ibi sitentem, & ex quo præuio nobis extrinseca alia, siue complacentia, siue desiderio velimus admittit possibilem, ad eum modum, quo erga personam alienam potest præcedere, atque ad similes effectus erga extrinsecas, siue extrinsecas illa bona eliciedos iuuare, tametsi, cum ea alienæ, vel propriæ personæ volumus personæ amor huic voluntati idemque necessario repetatur, ut vidimus n. 1. ac super postremo hoc ipsum toto n. 2. impugnauimus. Nunc autem illationem, possibilitatis adhuc, amoris eliciti personæ propriæ, quo in ea, cuiusque intrinsecis sistendo complacemus, ex quo alia nobis bona vltimius velimus, ex necessitate amoris erga personam alienam, male deduci ex dictis claret. Siquidem respectu personæ alienæ innatus amor nobis deficit, immo est impossibilis, respectu autem personæ propriæ, cum innatus, & idemque naturæ cuiusque, is amor sit, non potest deficere: quare nec pro illo potest amor elicitus propriæ personæ, ibi sistens, supplere: ac subinde respectu propriæ personæ est impossibilis, vti, & adoptiua filiatio, respectu eius qui habet naturalem, cuius adoptiua essentia sua supplementum est, prorsus repugnat. Scio nos in propria persona ob alia extrinseca naturæ bona, non secus, atque ob similia bona alios posse elicite amare. Sed hic amor, in natura, & intrinsecis non sistit, ut amor, ex quo nobis alia extrinseca, & extrinsecas velimus, & necessario anterior natura sistere debet: quandoquidem bona alia extrinsecas, & extrinsecas tangit, & supponit ob quæ, & de quibus habitus in persona complacemus non nuda, sed vestita.

6. Hæc contra doctrinam Scoti, ex qua in re præsentem discursus specialiter, & ex imis philosophiæ penetratibus dicta sunt satis, ut totus eius subuertat discursus. Ea tamen doctrina permittit, etiam complacentiam, seu amor elicitem Luciferi erga seipsum, propriamque personam complacentiam, & amor ipsius erga suam chimericæ apprehensam diuinitatem, aliamve quampiam excellentiam physice prout naturæ priori antecedere probetur: aut, cum amorem propriæ personæ prauum non esse, ac proinde, nec complacentiam, illa Luciferi, seu vellitate simplici erga suam diuinitatem, quod primum eius peccatum diximus, antecias peccatum, & primum Luciferi fuisse, multo ex capite faci-

le contra Scotum probatur Primo, quia amor ille elicitus propriæ personæ, requisitus necessario iuxta Scotum, ut nobis alia extracessantia velimus, & personæ, & naturæ Luciferi innatus, identiceque naturalis non sit, ut hæcenus ostendimus, attamen naturalis ac necessario elicitus, eoque sensu innatus naturæ Luciferi, sicuti & cuiusque indiuiduæ substantiæ, & personæ naturæ, per Aristotelem, Philosophos & Theologos esse debet, qui eo, ut minimū) sensu naturalem, seu necessarium, cuique sui esse, propriæque naturæ, & personæ aiunt, ergo is amor Luciferi sui ipsius, & propriæ personæ non fuit liber: ergo nec peccatum, quod nullus affectus non liber esse potest, secundo. Et si liber fuerit: ne quid aliunde esse prauus. Probatur, primo: quia nequit esse prauus affectus, quantumvis libere elicitus, nisi erga obiectum turpe, & aliquo iure, siue positio, siue naturali prohibito veretur; atqui amor sui, siueque personæ ibi sistens (ut sistere debet amor personæ prauæ ad reliquos affectus erga extrinsecam, & extracessantia ipsi bona requisitus) nec positioe aliquo iure prohibitus est, Sin illud ostende multoq; minus naturali aliquo iure: ergo prauus amor ille non est. Postrema minoris pars probatur. Tum quia vnuquodque & vnuquemque amare, & complacere, in eo, quod est, & factus à Deo est, præcise, ibique sistendo rationi naturali nullatenus dissonat: imo vero Dei amor, & complacentiæ conformatur, qui in singulis, ubi primum factus, & absolute existentia vidit, complacuit illis verbis, & vidit Deus, quod esset bonum, pro vnoquoque repetitis Genesi. 1. & homine producto, & coniungo valde in ipso, & creatis cunctis complacuisse Deum postmodum subiungitur, vidit cuncta que fecerat, & erant valde bona. Tum etiam: quia, cum amor personæ propriæ naturalis sit, & à natura ipsa vniuiscuique proueniens, si malus, prauusque iure naturæ esset, natura ipsa, sibi met ipsi contradiceret, ac repugnaret: ac demum naturam quamque rationalem naturam ipsa determinaret ad actionem prauam, & peccatum, ex suppositione libertatis eius amoris, qui ab ea naturæ ad ipsum determinatione (in quo nunc Scotus contentum, ut actus ipsum impugnemus) præueniret. Nec præstat, si dicas: modum eius amoris, & nimietatem esse prohibitam: intentio quippe actus, & vehementia affectus nullquam prohibitioni vero de se boni, & naturæ rationali conuenientis, (ut amor sui esse, præcise prohibitus non est) nisi, ubi cuiusmodi intentio, & nimietas actus, seu affectus illius alterius vrgentis præcepti executionem impediat mala moraliter, & peccatum esse non potest: quod in hac intentione, & magnitudine amoris sui esse, & propriæ personæ entitatis, & secundum intrinsecam, & essentialia sumptæ, præcise, nusquam inuenitur.

7. Impugnatur quarto, Scotus, & simul confirmatur: impugnatio præcedens. Amor elicitus, & liber, (qualis ab Scoto asseritur) propriæ personæ, siueque esse, & naturæ, secundum intrinsecam sumptæ præcise, ibique sistendo, in quacunque intentione eliciatur, solum determinat personam ad prosecutionem boni, & conuenientis, sibi, & fugam mali, ac sibi disconuenientis, non autem ad prosecutionem boni prohibiti præ honesto, & huius præ illa fugam, sed illam indifferentem relinquit, & proxime constituit cum requisitis aliis ad alterius personæ arbitrio prosecutionem, vel fugam: ergo de se amor ille personæ, ac naturæ propriæ, nequit esse determinatio ad malum, nec affectus prauus, in quacunque intentione eliciatur. Dices nil esse apud Patres, & vitæ spiritualis magistros vulgatus quam quod vitia omnia ex proprio amore in nobis oriantur. Huic tamen, alio eorumdem Patrum, & magistrorum spiritualium aphorismo respondeo scilicet: Neminem se magis odisse, quam qui peccat: qui quidem in illa sententia Christi: Math. 16. qui enim voluerit animam suam (id est vitam) saluam facere perdet eam, & ad quæ Augustinus sententiarum antithesim acute concilians ait, Si in vie amaueris tunc odisti cōtinetur. Concilia ergo aphorismos, & primo nobis opposito facile respondebis: quia neuter de amore hoc personæ, ibi sistendo (de quo scholasticus noster & Metaphysicus sermo est) sed de appetitu aliorum extrinsecorum, seu extracessantiarum contra naturales, vel positium: primus decoctabilium, & carnalium: secundus diuturnioris durationis vitæ, vel breuioris, & quæ vitæ, & naturæ nostræ præcise, non est. Quinto denique Scotus, sibi met in sua sententia contradi-

cit, uti & sequaces ipsius. Aiunt enim: amorem illum propriæ personæ in Lucifero fuisse luxuriam quandam, & libidinem spirituale, id est, nimiam de spiritualibus, quæ habebat donis complacentiam: ergo complacentia hæc spiritualis affectus gaudij de possessis, & concupiscentia est (ut gaudium nostrum de bonis aduentitiis & extracessantia physicam à nobis possessis) non autem amor personæ propriæ, & naturæ secundum intrinsecam sumptæ, amorem omnem concupiscentiæ de extrinsecis, & extracessantibus bonis necessario pro naturæ propriæ iuxta hos Doctores, præcedens, sed ipsam personam amorem necessario subsequens, & supponens. Quare ut Scotus, & Hocol. hunc suum primum amorem, quem primum Luciferi peccatum esse volunt, luxuriam spiritalem, non autem superbiæ speciem, ab aliis distinctam, strictæ ac propriæ dicte peccatum asserunt, impugnant affatim sunt, cert. 3. n. 2.

CERTAMEN VI.

Sententia de appetitu vnionis hypostatica consutatione nostra de primo Luciferi peccato firmatur.

1. Scholastici, iam citandi, scriptura loca, quibus nostram probauimus conclusionem legentes, videlicet in illis appetitum Luciferi de Diuitie fuisse clare significari, atque arbitantes de Diuitiis identice possessa, vel possidenda (vtpote de obiecto impossibili à Lucifero satis, & euidenter noto, esse non posse) appetitum illum de Diuitiis pro vnionem hypostaticam à se habenda fuisse censuerunt, inuidiam affectum Christo, eam vnionem habent, simul affigentes, quia notitiam vnionis eius hypostaticæ etiam Luciferi ex reuelatione habuit prius quam peccaret, ita Catharinus Libel. de gloria bonor Angelor. & lapsu malor. & Viguerius c. 3. institutio. §. 2. vers. 1. §. est dignitatis mediatoris quæ tunc vnione hypostatica constituitur. Ut videmus contra, vltima, de incarn. Luciferi appetitum, & peccatum primum, fuisse dicat: voce nimirum à Catharinio discordans. Valentia in Psalm. 82. ad illa: surge Deus, & iudica terram, Iacobus Naclanchus in epist. ad Ephes. quibus addit Richardum Alcanium Martinengum citatos à Tanner. dub. 4. n. 5. Granadum. d. 2. sect. 4. soard. 7. c. 13. Marton. d. 44. n. 8. ex confessione demonis exorcismi enegumato adiurati, Quir. d. 74. sect. 1. n. 84. Ego censeo, ac probabile censent Molina, Zamel Becanus, & alii, citatur pro hac etiam sententia Alex. 3. p. q. 2. m. 13. Vilielm. Piciens, lib. 6. de vniuerso. l. p. partis. 2. a cap. Ioh. ad 110. Dionys. Carthusian. in 2. d. 5. q. 1. Sed hi solum docent appetitum diabolum aequalitatem scientiæ, & sapientiæ Dei quæ cum à proprietate competit filio videt Bernardus, serm. 1. de aduentu (ex quo illi sententiam sunt mutati) illi id Iona ex filij persona subiungit, si propter me orta est tempestas proiicite me in mari (corporis, scilicet, quod assumptum) ut mirum sit Bernardum ex hoc sermoni, quod assumptum) ut mirum sit Bernardum ex hoc sermoni, & hos auctores duos postremos ab huius sententiæ Doctoribus citari. Citatur rursus Bernardus ex sermone decimosextimo in Cant. ubi Luciferum. Antequam crearetur in tenebris, scilicet peccati, generi nostro ob hominis Christi hypostaticam vnionem inuidisse, ac dixisse, ut quid perditio hac vnguenti, scilicet, & infulsa. Sed tamen Bernardus nihil ubi de vnionis hypostaticæ vnitione, aut vnguento Diuitiis humanitatis Christi, sed de vnguento gratiæ Diuitis humanitatis omnes effusa ex qua celo, & glorie infunduntur, faciendosque concites inos, ex Dei reuelatione rendos, faciendosque concites inos, ex Dei reuelatione Lucifer nouit: ac socios designatos, eis præfisse ut Principes, ac magister docere voluit: ut in textu Bernardi est expressum: quare falso pro hac sententia referunt ab his, qui, vnguenti, & vnionis nomine decepti, de sola vnitione Diuitiis cogitant, sed nec si de ea Bernardus

aus; loqueretur huic sententiæ fageret; quia expresse ait inuidiam hanc Luciferi erga hominum genus, quam primum eius peccatum videtur docere, ex superbia anteriori peccato ortum duxisse, sic enim concludit: *Ergo in celo concepit dolorem, & in paradiso peperit iniquitatem, prolem malitiam, materem iniquitatis, & avum arum omnium prima parens superbia. Nam etsi invidia Diaboli mors intrauit in orbem terrarum, initium tamen omnis peccati superbia, quod ipsum solummodo Alexander voluit. Citatur etiam Rupertus Abb. ad id Ioan. 8. Ipse homicida erat ab initio; sed extra rem: cum ex odio in Christum, mortem, quam per Iudæos perfecit, machinatum fuisse dicat, ex quo primum illum Lucifer nouit. An vero illum nouerit antequam primo peccaret, an postquam iam lapsus in culpam fuerat, non definit. Cyprianus opuscul. de zelo, & liuore sub init. Irenæus. 4. aduers. hæres. c. 78, ad id Matth. 13. Inimicus homo hoc fecit: inuidia hominis primum Luciferi peccatum fuisse aiunt, non autem ob viationem hypostaticam hominis Christi, sed quod homo, ad Dei similitudinem, & imaginem conditus primum esset de hoc materia inuidia contentus cum ipsi, Tertull. lib. de patientia, c. 5. Basil. concione de inuidia sub init. Nyssen. orat. Catechet. c. 6. circa med. sed, an primum Luciferi peccatum fuerit? hi non definiunt, nec examinant. Immo vero Augustin. 11. de Genesi ad litter. cap. 14. eorum sententiam memorans, nec improbandus, monet, si Angelus ex inuidia cuiusmodi peccarit, ex peccato superbia in quod prius inciderat inuidisse homini, non autem ex inuidia superbia. De inuidia diaboli in homines ob ipsi ingentem Dei imaginem, & similitudinem, & dona, in quibus conditus est reliqua primum Luciferi peccatum esse non potuisse, sed superbia, qua iam a gratia, & dignitate deiectus & omnia homini inuiderit, docuit, & lucifer probat Chrysostom. hom. 22. in Genesi. à nobis recitatus cert. 3. n. 5. si ne cuius ratio respectu inuidia Luciferi de viatione hypostatica humanitati Christi donata. (De qua tamen ibi Chrysostom. non agit) vim non habet. Author operis de mirabilibus sacre scripturæ operibus Augustini inferi lib. 1. c. 2. Diabolum non potuisse absolute peccare inuidia dignitatis humane, nisi suam prius amisisset per peccatum dignitatem viationis hypostaticæ, non excludens censuræ. Sed falsum est, & ratione Chrysostomi & Augustini supra destitutum.*

2. Hæc de Patribus prolixius præmissis, ut citatos scholasticos præfatæ sententiæ Patrones, illorum authoritate nudos conclusionem opposita liberius, atque expeditius aduocet. Sed tamen pro præsentis difficultatis ex animo expeditiori, & vniuersaliori & quod quæstiones, tam de facto, quam de possibili, hic ab scholasticis agitata comprehendat, aduertendum. Quoad quæstionem de possibili dupliciter versari illam posse. Scilicet, vel de absoluta possibilitate appetitus superbi erga viationem hypostaticam Angelo eius notitia sufficienti instructo ad eam appetendam, viationis eius, & peccati superbiae naturis solis, & essentis attentis, vel suppositis etiam ordine decretorum, & motuorum ad incarnationem, & viationem hypostaticam peragendam huiusque absoluta Luciferi præuisione, & circa primo modo intellectam, quæstionem de absoluta possibilitate appetitus diaboli proprie superbi, viationis hypostaticæ, dicendum esse absolute possibile est conclusio contra recentiores præfatis nominibus memoratos à Valquez d. 2. 3. c. 1. n. 5. §. *Secunda opinio*, & Bannet. l. 1. p. q. 63. dub. 3. circa conclus. 6. Est tamen ceterorum Theologorum conclusio Valquez. c. 1. n. 7. ad 10. inclusivè. Ioann. Præpos. l. 1. p. q. 63. a. 3. dub. 4. n. 30. conclus. 1. Ariaga. cit. d. 24. sect. 5. §. *difficultas hæc*, n. 37. tanto opposita conclusionis contemptu, ut nostram, sine disputatione, dubio vilo admittendam iudicetiam insuper, absque disputatione suppositam, quam examinatam volunt, qui primum Luciferi peccatum viationis appetitum de facto fuisse, vel defendunt vel asserunt, probabile imo & qui eos in quæstione de facto impugnant: eorum quippe nemo ex absoluta cuiusmodi appetitus impossibilitate, sed ex suppositione ordinis decretorum incarnationis, vel aliunde probatur facile. Quoad physicum appetitum, etsi enim cognitio, possibilitatis adhuc, viationis physica Dei cum creatura absque reuelatione haberi nequeat, ab Angelo, ut constat ex dictis controu. de Trinit.

Christoph. de Ortega de Deo uno, Tomus II.

d. 2. quia eius possibilitatis inferendæ nullum est in naturalibus principium, aut reuelatio de viationis eius possibilitate à Deo verissima & quæ creaturam rationalem nobilissimam, atque tot gratiæ donis ornatam ad ipsius amorem, & appetentiam posset mouere absolute est possibilis. Accedit quod ad affectum complacentiæ de viatione à se habita apprehensio sufficiat, quæ haberi à Luciferi potuit absque iudicio, de eius possibilitate, imo, & cum iudicio, de eius impossibilitate, ut vidimus. cert. 4. de appetitu complacentiæ Luciferi de Diuinitate à se identice possessa. Quoad possibilitatem malitiæ appetitus illius absolutam probatur communiter, quia hic potest absolute prohiberi, tuncque appetitus, aut complacentia prohibita de viatione hypostatica peccatum abs dubio esset, prohibitio hæc ex fine humilitatis Angelicæ, vtque se intra modum debitam, ac propriam suæ imperfectionis cognitionem ac sensum Angelum contineret, cui præcepto solius superbiæ, actu contraret, non repugnet.

3. Sed independenter prohibitionem hac, appetitus ille posset esse malus, scilicet, si de viatione illa falso apprehensa vt habita, inaniter gloriaretur Angelus, & intumesceret, præfate quatenus ipsum, quid magnum, & excellentissimum in sua æstimatione per ipsam constitutum se cogitaret, sine vilo respectu & cogitatione amicitie Dei, quam vno illi ipsi asserit, alteriusve honestatis obiecti, vt complacentia illius motiua, vt cert. 3. de complacentia Diuinitatis apprehensa, vt à se possessa dicebamus. Eodemque modo appetitus absolutus desiderij viationis, eiusdem prauis moraliter probatur, si ob illud præfate motiua ab Angelo haberetur, intumescendi scilicet, de immensa illa, ac nimia viationis excellentia à Deo ipsi indebita, atque à sua natura longe à Deo desita, & excelsa, quin affectus ille ad desiderium, vel complacentiam de illa, vt sibi naturaliter debita, vel à se, seuque iure & viribus habenda, (quod dubio procul peccatum graue foret) vel ad aliorum Angelorum despicientiam, & neglectum pertingeret, de quibus Angelus tuus, nequidem cogitaret, quam vero complacentia illi, aut desiderio tumido, & inflato aliorum neglectus, & despicientia proxima sit, nemo non videt, quare eos quos valde de suis dotibus tumidos, & vane complacentes sibi; priusquam ad nostrum despectum, & contemptum, eos peruenire noscamus, merito tanquā nobis iniuriosos, & contemptores odimus: quia etsi non dum nos despiciere comperimus, rotos sui æstimatione plenos aliorum æstimatione non capere certum est: quare aliorum contemptum in proximo esse, vbi primum eorum recorderentur legitima consecratione nobis suademus. At iniquum rectiores fidem. Nemo potest in sui destructione complacere, eamve appetere, atque, si viationem hypostaticam Luciferi, siue complacentia de ipsa, siue eius desiderio appeteret, suæ personæ propriæ, cui vno hypostatica repugnat, suæ sui destructionem appetere, ergo is appetitus Luciferi repugnat. Respondetur facile, appetitum suæ destructionis secundum se, & quatenus mala est appetenti, esse cuius impossibilia; aut, vt aliquo bonitate, siue positua, siue negatiua, id est, quæ malo aliquo grandi valde, & quæ bono essendi appetentis iudicio præponderet, appeti posse. Ita sæpe gravibus oppressi homines appetunt mori, laqueo se suspendunt, ac propriis manibus mortem oppetunt. Dammati item experit deficere, ac non esse, vt intolerabiles suas penas, & cruciatu effugiat. Secundo, vt superius dixi, potest appetere Angelus viationem hypostaticam, nondum pro illo signo cogitans. De sui destructione inde ostentura, etsi obiecturam admittamus. Tertio, cum propria personalis ultra indiuiduum esse naturæ Angelicæ aliquid vltius addat siue posituum, siue negatiuum, vt constat ex mysterio Incarnationis non infertur ex destructione propriæ personalitatis; per viationem hypostaticam naturæ, & esse destructio, vt de natura humana Christi definitum contra Euechem fuit. Iam, si sola personalitas propria destructa est tunc donis, tamq. excellentis, quantum viatione hypostatica essentia, & naturæ Angelicæ asseretur, quoniam Luciferi voluntas retardaretur, nedi redderetur impossibilis id quod, si ia pura negatione, non autem in modulo positio, non ex multo tempore à nonnullis naturæ superaddito, personalitas propria iuxta Scoti, & antiquorum sententiam nostram, consistat, facilius, rudibus, etiā, huius obiectionis leuitas apparebit.

dd 2

4. Dico

4. Dico secundo contra citatos num. 1. & Soarium iterum, r. 1. in 3. p. 42. sect. 1. Primum Luciferi peccatum non fuit appetitus vnionis hypostaticæ absolute. (multo minus ex inuidia) quod humanitati Christi communicatam absolute videret, iuxta suppositionem ordinis decretorum incarnationis, qui de facto fuit. Ita Valentia d. 4. q. 14. p. 3. in 4. sententia, Valquez, d. 233. c. 2. Molina ad q. 63. a. 3. d. vi. in 5. conclus. 7. Becan. tract. 3. capite quarto, questione sexta, conclusione secunda. Ectius in 2. d. 6. §. 7. Ioan. Præpositus ad citat. quæst. 63. a. 3. dub. 4. n. 3. t. conclus. 2. Arriaga d. 24. sect. 5. num. 38. Alarcon citato tract. 6. d. 9. cap. 1. n. 6. §. *Addo tamen* tamen valde probabile censet oppositum, ratione subiuncta, quæ solum conclusioni aduersæ, quoad possibilitatem posset inferre. Quoad exclusiui inuidiæ patentes contentum probatur conclusio, quia ut vidimus certam. 2. Primum Luciferi peccatum fuisse superbiam, citra temeritatem negari nequit. Ergo non inuidia vnionis hypostaticæ Humanitatis Christi. Probatur consequentia: quæ patui habetur à Valq. c. 2. n. 11. §. *Hæc est possitudo*: quia etsi inuidia coniungi simul tempore cum superbia possit, non tamen simul natura, sed debet esse anterior natura, vel posterior. Ex tristitia enim de bono, & excellentia alterius possumus illam nobis potiori iure debzant appetere, quod non ita euenit Lucifero, aliqui non superbia, sed inuidia primum eius peccatum esset contra dogma præstatum. Possumus etiam ex superbia præconcepta de excellentia alterius, quæ nobis deficiat tristari sape de bonis alterius, & excellentiis tristari: sed tunc quidem, vel odium, vel superbiam, antequam natura tristitiæ, & inuidiæ illi præcedit: idque Luciferi contigisse constat ex dictis certam. illo. Alioqui superbia omnis peccati in vitium non fuisset; quandoquidem illius inuidiæ Luciferi, initium non esset. Secundo probatur directa, & absoluta conclusio. Quia nequit Lucifer vnionem hypostaticam humanitatis Christi absolute existentem cognoscere, ut illam ex eiusmodi cognitione appeteret superbe, nisi ex Dei reuelatione; ast huius reuelationis Lucifero prout factæ nullum est fundamentum, ut statim videbimus: ergo nec oppositam conclusionem asserendi, hæc independentem ab ordine decretorum incarnationis, qui de facto fuit in quo nunc præsertim disputamus. In eo vero ordine efficacius probatur conclusio. Quia decretum incarnationis, seu vnionis hypostaticæ, verbi ad humanitatem Christi posterius natura fuit absoluta existentia peccati Protoparentum, eiusque absoluta præuisione, ut ostendimus ex Patrum, & scripturæ sententia, firmior, ac fere, aperta controu. de incarnat. d. 2. & 3. atque peccatum Luciferi absolute existens, fuit prius natura peccato primorum parentum, quod ex diabolica suggestionem absoluta partum est; ergo peccatum Luciferi absolutum, & absolute existens fuit prius natura decreto incarnationis, atque absoluta huius existentia: ergo etiam fuit, prius absoluta reuelatione incarnationis absolute existentis, quam absolute existentem reuelatio absoluta necessitatio, & absolute pro natura priori supponit; ergo peccatum superbi appetitus Luciferi ortus, non fuit, ex eiusmodi reuelatione pro natura priori ipsum præcedente, quia mutua causalitas causarum, non nisi per sui absolutam existentiam causalium repugnant, & contradictorie admittatur.

5. Oppositam sententiam Patrum autoritate protulit delictum vidimus n. 1. opponitur autem contra nostram Paulus ad Hebræ. 2. *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit, & adorant eum omnes Angeli eius*; ergo prius inductus Angelis à Deo fuerat per reuelationem, & propositus, ut eum adorarent; alioqui iterum in terram inductus, & introductus non esset, cum incarnatus exercite fuit, si tunc primum iroduceretur. Nil præstat sumptum etiam iterum sensu, quo aduersarij volunt. Dicit enim facile potest cum Genes. 1. ad illud, *adorant eum omnes Angeli Dei*, quæ opposito loco Paulus retulit de secundo aduentu Christi ad iudicandum intelligi, quod textui, & particula *iterum*, sic intellectæ conformis esset: cum introductio secunda, non, utramque, sed in orbem terrarum dicatur, & quæ primam eius in eundem orbem

supponat. Sed certe illud iterum non ad introductionem Christi, sed ad testimonia à se antea pro Christi diuinitate, & præ Angelis etiam excellentia, recitata Paulus retulit, ut ex Adamo, & ex Erasmo adnotet Valquez citato loco, numero duodecimo, vltimus sit, & iterum, seu rursum, cum introducit, vnde Græci Patres, illum particulam in eo loco non exponunt, tam eius sensui impertinentem. Leuius adhuc obicitur Paulus ad Titum, c. 1. de vitæ æternæ dicens: *Quam promissi, qui non mentitur Deus, ante tempora secularia*: cum ante promissio alicui, vel aliquibus existentibus faciendâ sit, & ante secularia, id est sæculi, seu mundi cuius temporis, nec homines fuerint, nec peccarint, restat, ut Angelis iam creatis facta, & reuelata fuerit. Vix vero æternæ promissio de qua ibi Paulus, in Christo, & ex eius meritis fuit: quare, & ante Adæ peccatum, & mundi temponis initium, reuelatus Angelis Christus fuit, & vno hypostatica, quam superbo illico appetuerunt, ac primo peccarunt. Siste amabo te in Origenis errorem tuo discursu præceptis laboris de Angelorum ante mundi initium creatione supra à nobis ex Patribus, & Conciliis reuelatum: immo in errorem maiorem, si ex Græco textu vertatur pro secularia, æternâ; tamen, & hæc Hieronymus, iuxta Origenis sententiam, non autem suam de æternitate, seu de æuo Angelorum tempore nostro antequam habito interpretetur; ex sua vero sententia ait: promissionem hanc ante mundi tempus omne in æternitate, & ex æternitate Dei coeterno sibi verbo factam à Deo fuisse: quo tota obiectio euanesceat. Sed conuit plinius aliunde: quia, ut bene Chrysostom. ibi promissum tantundem valent, ac *proposuit, decreuit, præsternuit apud semetipsum, & in mente sua daret fidelibus suis vitam æternam*, quemadmodum etiam 2. ad Timoc. 1. de gratia dicitur, *quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia*. Id est decreta: etenim nondum existentibus, nec fuit, nec poterat dari. Et quidem (ut non ita esset vera, quæ diximus) solum eis locis aduersarij obtinerent reuelationem Christi, & vnionis hypostaticæ Angelis tempore, quo velint factam fuisse; non autem ex eius notitia, vel superbo appetitu, vel inuidia in Christi humanitatem peccasse; ut bene Valquez, cui possent: siquidem, eis plures, scilicet Angeli boni, ea etiam notitia habita non peccarunt. Adde multominus euinci, ex ea reuelatione & notitia primo peccasse, & si peccasse, ex illa gratis concedatur: cum iam malis aliunde fieri, reuelatio, potuerit: quemadmodum iam malis & damnatis ad ipsorum penam, & supplicium facta fuit.

6. Dico tertio, stante ordine de creatorum, qui de facto circa Verbi incarnationem fuit, nullatenus posuit Lucifer, vltius Angelus, & reuelatione, ac notitia absoluta incarnationis, seu vnionis hypostaticæ verbi ad humanitatem absolute existentis ex superbia, vel inuidia, vel odio peccare nedum primum peccare. Eñ contra Suarez Tannerum, & Granados. Apud Arriagum supra num. 38. §. *Obicitur ergo* n. 39. & tacitus Alarcon supra, qui suæ insitit doctrinæ de principio remoto, quantumvis conuenit, cum remoto effecta, quod causam solum per accidens esse docet, ac proinde ab effecta remoto subleuato posse causari. Conclusio tamen nostra est nostri Valquez citat. capite secundo, Arriagæ citata d. 24. sect. 5. num. 38. §. *Obicitur ergo*, ac deinceps. Probatur argumento postremo, quo secundam conclusionem probauimus numero quarto, sub media quia mutua causalitas causarum causalitatem, ut absolute existentium, est absolute, & omnino impossibilis; atqui in ordine decretorum incarnationis, qui fuit, non potuit Lucifer, vltius alius peccatis, qui fuit, non potuit Lucifer, vltius alius peccatis, ex visione absoluta incarnationis, seu vnionis hypostaticæ verbi absolute existentis, & reuelata, quia postaret mutua causalitas causarum, causalitatem, ut absolute existentiam, iuxta dicta eo argumento vltimos, ergo nequit Lucifer in eo ordine, ex reuelatione, & notitia absoluta incarnationis, & vnionis hypostaticæ Verbi ad humanitatem absolute existentis, & reuelata, & contradictione peccare. Eiusmodi ex doctrina memorata nostri Alarcon de causis, & principijs remotis quæ nos prius inuenies Theologicæ auditores ad componenda difficultia in materia de incarnatione meditati fuimus, ac relictimus.

eneria à nobis fufus est controuerfia de incarnat. & hoc t. 2. de Deo vno, ubi eius doctrine falſitatem ex iultitro monſtrauimus. Porro Ariaga, Soario, Tanne-ro, & Granado in principio Soarifico, ac præſinitioni-bus efficacibus antecedentibus per ſcientiam mediam re-gulatis, & directis noſtrorum actuum liberorum, abſque præiudicio noſtra in eis apponendis abſolutæ libertatis conueniens, non ſatis conſequenter, nobis, noſtrique huic probationi, adeo firmius adhæſit. Siquidem, ex communi illo principio Soarifico præſinitionum ante-cedentium efficacium, potuit Deus ſcientia media de peccato hominum ſi creentur, & incarnationis Verbi in peccati redemptionem, & peccati Angelorum, ſi eis fiat de incarnatione reſoluto, decernere primum ordine in-tentionis incarnationem, deinde permiſſionem peccati hominum, & exinde eam ordine intentionis abſolute præuiſam incarnationem Luciferi regulare: indeque ordi-ne executionis peccatum Luciferi appetitu ſuperbo vnionis hypſtatice, & exinde in Deum, & in homi-nes inuidia, ex quibus hunc tentauit, & prauis ſuggeſ-tionibus deſcepit, lapſuſque proinde homo fuit, in cuius peccati remedium, qui ordine intentionis primus, ordine executionis fuit poſtremo decretus Chriſtus: quare iux-ta duos hos ordines intentionis, & executionis decre-torum efficacium, etiam erga contingentes, & liberis actus noſtros, contradictoria præcedentia mutua cauſa-rum abſolute exiſtentium, cui nobiſcum inſiſſit Atria-ga pro tertia hac noſtra, & ſua conſuſione non infer-tur: cum aliæ aliis, non eodem ordine, & modo exiſtendi præcedant, & ſuccedant, ſed aliæ ordine intencio-nis, eſſi alias ordine executionis ſequantur.

7. Ex quo etiam conſtat, idem ipſum abſolutum peccatum Luciferi in ſtatu abſoluto, & ſub eodem pro-prijs conditionibus, etiam reuelationis poſitum fuiſſe ſub quibus in ſtatu conditionato præuiſum conditionate à Deo fuit. Cuius oppoſitum euidenter à ſe oſtendit pu-tauit Ariaga, num. 42. §. Obſiſciſ fore. Secundo, cum eiſmodi præſinitiones, efficaces, & quouis gradu ante-cedentes noſtrorum actuum liberorum eorum libertatem euertere ſuſe, oſtenderimus controuerſiam de incarnat. de ordi-ne decretorum eius, & hoc 2. controu. de volunt. de ordine intentionis, & executionis inter Diuinae volunta-tis actus & controu. de prouidentia, & controu. de præ-deſtinatione totam hanc doctrinam à fundamento erui-tam, & euertam reliquimus: item, ea permiſſa, docui-mus, effectus ordine intentionis, etiam efficaci, ſolum videri intentos non in ſe pro illo exiſtentes, & executos, quare nec pro illo ſigno, ut abſolute in ſe pro illo ſigno, & priori eſſe, vere reuelabiles, quouſque ſignum abſo-lute eorum executionis, & exiſtentie in ſe ipſis adue-niat: qua de re noſtram controuerſiam de merito Chri-ſti, & aliam de cauſis incarnationis, d. de cauſa meri-toria incarnationis, t. controuerſiam de incarnat. adito, ubi doctrinam hanc in eis materiæ alte fundatam reperi-es: ne hic iterum, aut alibi pro materiæ diuerſita-te prolixè, & inutiliter repeteretur ratio, qua forſſe aliqui Doctores in aduerſam ſententiam acti ſunt, & quam num. 1. tetigimus: quod ſcilicet cum Deum eſſe identitate Deitatis repugnantiam Luciferi euidentem contineret, ac proinde neque in id eius appetitus ferri poſſet, atque ex alia parte Deum eſſe appetiſſe Lucife-ferum ex datis locis Iſaia, & Ezechielis, & illa Mi-chaelis in ereptione: *Quis ſicut Deus ſatis conſtat*: appe-tiſſe Luciferum eſſe Deum participatiue, & denominati-ue vnionis hypſtatice beneficio videtur concludi. Verum non obſtante repugnantia, Luciferi euidenter nota identitæ poſſeſſionis deitatis, oſtendimus cert. 4. Luci-ferum ex ſimplici apprehenſione eius repugnantis poſſeſ-ſionis identitæ Deitatis ſimplici complacencia, ac vel-leitate potuiſſe illam velle ac de facto illam voluiſſe. Se-cundo, illa ipſa Michaelis ad Luciferum redargutione, & increpatione, *Quis ſicut Deus*, eſſendi Deum idem-titate Deitatis, eiſue identica poſſeſſione fuiſſe Luci-feri appetitum, non autem participatiue & denomina-tiue per phyſicam vnionem hypſthaticam conuincitur: nam hoc modo participatiue plures, ac Lucifer ipſe Deus, ac ſicut Deus eſſe poſſent: itaque repugnantiam eius, quod appetit, ac Michael Luciferi oppoſuit, quæ in eſſendo Deum participatiue, ac denominatiue ſolum

per vnionem hypſthaticam nuſquam inuenitur, ſed ſo-rum in eſſendo identitæ Deum. Tandem inducuntur in ad-uerſam ſententiam nonnulli, quia ſuperbo appetitu vnio-nis hypſtatice, ut primo Luciferi peccato admiſſo, fa-cillime intelligitur, quo pacto ſimili peccato appetitus ſu-perbi vnionis hypſtatice ipſis etiam poſſibilis ex Lu-ciferi ſuaſu, ac ſuggeſtione alij Angeli peccauerint: id quod in aliis ſententiis maxime in noſtra de appetitu Deitatis identitæ poſſeſſe, vel poſſidenda, agere deſendi, intelligi poteſt. Verum quo peccati genere reliqui An-geli primo peccarint, eodemque cum Luciferi, vel ge-netis alterius: examen ulterius requirit cert. vltimo ex-acte, & ſuſe habendum, ex quo eiſque deciſione eua-ngeſet obiectio.

CERTAMEN VII.

Reliquarum ſententiarum de primo Lu-ciferi peccato conſutatione præſata noſtra rursus ſtabilitur.

1. Sanctus Bonaventura in 2. d. 1. art. 1. quæſt. 1. & 2. Durandus d. 5. quæſt. 2. cenſent, Luciferi peccatum primum fuiſſe ſuperbiæ, qua creaturis rationalibus præ-eſſe cum iuriſdictione, & poteſtate docendi, iubendi, ac circa illas pro libito diſponendi, & cui illæ reuerentur parere ac obedire voluit: quibus acceſſit Dionyſ. Carthuf. compendio Theologiæ propoſit. 2. eam ſententiam com-muniorem Theologorum appellans: ſubſcribit Molina noſter d. citat. m. 5. concl. 5. Au vero appetitus hic ius di-cendi rationalibus creaturis continetur cum appetitu etiam ſuperbiſſimo exemptionis ſue à iuriſdictione, & ſubiectione omni alterius cuiuſvis etiam Dei: hi Docto-res citatis locis, non explicant; tamen ſententia Patrum, quibus ſententiam probant vtrumque, ut plurimum continent: quare, & ipſi vtrumque videantur docere, tamen alterum ſolum expreſſerint: expreſſerunt verum-que Alex. 2. p. q. 98. m. 3. corpore, & deinde §. 1. S. Bonau. in 2. d. 5. art. 1. q. 2. quare de eo clarius conſtat loco ſupra allegato expreſſa vna huius ſententiæ parte alteram ſup-poſuiſſe: vtrumque expreſſit etiam Guilielm. Patienſis, 1. parte, partis ſecundæ principalis de vniuerſo, capite 109. & 110. Nicol. de Lyra ad id Iſaie 14. *In celum conſue-ram*. Burgenſis editione 2. eius capitis. Toringus in replica illius, quibus adde Becanum tract. 4. c. 9. q. 8. Ha-cherum tract. 4. q. 63. d. 2. concl. 2. Gammich. m. q. 63. verſus fin. quos reſert, & ſequitur noſter Ioan. Præpoſit. ad 3. art. eius quæſt. dub. 5. n. 32. §. *ut vobis quæ vobis*: vtrumque etiam cenſere videntur (ſed ſolum appetitum exemptionis à iuriſdictione, & ſubiectione vilius alterius exprimant) Valent. d. 4. q. 14. punct. 3. ſententia 5. ſtatim enim §. *Probat hanc ſententia*, eam probat testimoniis Patrum, quæ vtrumque continent expreſſe. Cæterum ex eius, & in quibus ſubiectionis, & iuriſdictionis exemptionem appetit, Theologorum imo, & Patrum concors, & conſans ſententia non eſt. Siquidem Baſilius orat. de humilit. (quæſt. 17.) & Bernardus, exemptionem à iuriſ-dictione Dei, ac ſubiectione Deo appetiſſe Luciferum non memorant. vti nec Doctores initio citati qui testi-monio Bernardi in primis vtiuntur. A Dei etiam iuriſdi-ctione, & poteſtate libertatem Luciferum voluiſſe, docent Auguſt. ſæpe Gregor. Magnus, & Anſelmus infra referen-di: in quibus autem Dei iuriſdictionem, & poteſtatem Lucifer detreſtarit in operando, an etiam in eſſendo? Lis Doctorebus hiſce eſt, Lyra, Toringus, & Valentia citato §. *quinta ſententia*, ſub fin. & Præpoſitus n. 34. §. *Secun-do*, ſolum in operando cenſent, quia exemptionem à Deo in eſſendo euidenter ſciebat eſſe ſibi exemptionem impoſſibilem: cuius rationis debilitatem oſtendimus certam, & miror ea Doctores eos, & præſertim vti Va-lentiam: qui ſtatim concludit expreſſe exemptionem à poteſtate alterius in operando Deo inſinuatam appetiſſe Luciferum, cuius implicatio in creatura vlla, ſequè ipſo,

d d 3 æque

æque erat Lucifero euidenter nota. Idcirco Bagenſis (plaudente Vaquez diſp. 23 §. 4. u. 37. §. *Mibi placet*) in eſſendo etiam exemptionem, & independentiam à Deo voluiſſe Luciferum merito, & referendis Patribus conformius ait. In quas autem rationales creaturas iuriſdictionem ambicit Patribus non conuenit. Baſil. & Bernard. citatis locis in homines ſolum iuriſdictionem, imperium, ac dominatum aſſeſſaſſe, pareſque illos in gloria futuros (vt fors è Dei reuelatione nouerat) detrectaſſe, ſubditosque potius voluiſſe. *Inferiores ſunt* (inquit Bernardus) *inferioresque natura, non decet eſſe concius, nec aequales in gloria.* An ſorte prodit impiam hanc eius machinationem, illa præſumpta aſcenſio, ſeſſioque ſignificans Magiſterium aſcendam inquit, &c. Eodem modo cenſet ſermone 69. in Cant. cui noſter Ioannes Præpoſitus conſentit vbi proxime, paragrapho *Non eſt improbabile*, vel eo in primis, quod facile inde appareat, quo peccato alios Angelos ad ſimile peccatum potuerit inducere, quod ſi Angelis etiam dominati voluiſſent, ne tentare quidem reliquos poſſet, nedum ſuadere.

2. Noſter Vaquez citato cap. 4. n. 34. §. *Postremo ad explicandam* ſub ſinem, dubium, ac indefinibile iudicat an ſolis hominibus, an Angelis etiam præeſſe Lucifer voluerit, ac dominari, cum vtrumque, vel alterum potuerit appetere, nec vtrum appetierit de facto, cum fundamento poſſit definiri. Ego vero cenſeo ambitionem Luciferi dominatus, & imperij in rationales omnes angelicas, & humanas creaturas fuiſſe: quia exemptionis ab omni iuriſdictione, imperio, & poteſtate Dei, tam in eſſendo, quam in operando eius appetitum fuiſſe. Probat per apertis Patrum teſtimoniis. Auguſt. 14. de ciuit. capite 11. *Postea quam ſuperbus ille Angelus, ac per hoc inuidus, per eandem ſuperbiam à Deo ad ſemetipſum conuerſus, & quodam quaſi tyrannico faſtu gaudere ſubditis, quam eſſe ſubditus eligens de ſpiritali paradiso cecidit, &c.* Quibus ſicut exemptionis ab imperio, & poteſtate nullam adhuc diuinam excluſam à ſuperbia Luciferi docet: ita nullam à ſua poteſtate, & imperio excluſum voluiſſe cenſet Auguſtinus, ſed clarius conſeque 2. in Plalm. 70. ſub med. Si peruerſe, inquit, voluerit imitari Deum, vt quomodo Deus non habet, à quo regatur, ſic ipſe velit ſua poteſtate uti, vt quomodo Deus nullo formante (ſcilicet in dependentia in eſſendo) nullo urgente viuat: quid reſtat, niſi, vt in deterius mutatus deſiciat? ſubdit. Hoc Diabolus fecit, imitari Deum noluit, ſed peruerſe non eſſe ſub illius poteſtate, ſed habere contra illam poteſtatem. Quo ergo peccato Angelos à ſuo imperio, & poteſtate velle excluſos, qui Deum etiam ſubditum voluit? & 11. de ciuit. cap. 13. *Suo recuſans eſſe ſubditus Creatori, & ſua per ſuperbiam, velut priuata poteſtate elatus, ac per hoc falſus, & fallax: quia neque vnquam poteſtatem omnipotentis euadit: & qui per ſiam ſubiectionem: noluit tenere, quod vere eſt aſſeſſat per ſuperbia elationem ſimulare, quod non eſt.* Magnus Gregorius libro 34. moral. c. 14. *ei quiſque à quo conditus fuerat, ſubſeſſe deſpexit: ita enim Deus ſuper omnia, vt ipſe ſub nullo ſit. Leuiathan vero eſt, eius celiſtitudinis culmen aſpiciens in peruerſa libertatis appetitu, vt & præſter ceteris, & nullo ſubſeſſet: dicens. Aſcendam ſuper, & Anſelm. de caſu Diaboli cap. 9. ait. Contra voluntatem Dei voluit inordinate ſimilis eſſe Deo: quia propria voluntate, qua nulli ſubſeſſet: voluit aliquid, (vtique in alios imperium, iam enim nullis ſubditam voluntatem, qua illud voluit prædixerat) ſolus enim Dei eſſe debet ſic voluntate propria velle aliquid, vt ſuperiorem non ſequatur voluntatem. Cui conſonat ad verbum ſere S. Thom. 3. contra gent. cap. 109. quamvis æuter amplius, quoad Luciferi appetitum de exemptione à poteſtate iuriſdictionis) contra quam voluntatis creatæ malitia actionis prauæ directè pugnat, meminerit, S. Baſilius & Bernardus exemptionis ab illa poteſtate diuina non meminerunt, neque expetitam à Lucifero iuriſdictionem in Angelos etiam, ſed in homines expreſſerunt: quia id eorum propoſito fuit ſatis, & licet non aſſertiuè, S. Bernardus id aſſerat, ſed ſubdubius diſcurrat: teſtimonijs tamen ſine eum appetitum, ſi fuit ortum certè ex ſuperbia habuiſſe anteriori, quin huius obiectum, & materiam deſignet: quod eſſe potuit exem-*

ptionis. Deo intrinſecè ab omni iuriſdictione, & poteſtate alterius in eſſendo, & operando, quin teſtimonium Bernardi reclamet.

3. Eſt autem vtriuſque exemptionis, nimirum à Dei Dominio, ſeu iuriſdictione, & omnipotentia, & imperij in rationales omnes creaturas ſuperbus Luciferi appetitus fuerit, fuiſſeque tantorum Patrum teſtimonijs comprobetur; nullquam tamen inde probatur appetitum diuinitatis, ſeu (quod idem eſt) alicuius intrinſeci attributi diuini identica poſſeſſione Luciferi in ſua apprehenſione haberi, vel habendi primum ſuperbia peccatum eius fuiſſe, id plane concedit præcipuus ſententiarum huius fundator Valentia noſter citato §. *Quinta ſententia* fin. vbi ait exemptionem ab omni imperio, & poteſtate alterius in operando Deo intrinſecè, ac diuinam fuiſſe à Lucifero ſuperbe appetitam, hocque fuiſſe primum eius peccatum, & ex quo ſubinde reliqua eius delicta manarunt: id autem ſolum noſtra conciliatio certè ſatis erit. Siquidem appetitus cuiusvis prædicti diuini, Deoque intrinſeci eandem ac omnium Deo intrinſecè appetitus habet vel non habet difficultatem. Verum, cum ſcripturæ teſtimonia appetitum Luciferi eſſendi Deum, ſeu complacentiam de Deitate identice poſſeſſa apprehenſiue propria vocum ſignificatione ſonent, eius complacentiam primum Luciferi peccatum fuiſſe merito diximus. Inde vero, vt ſe ſe magis diuina attributa Deitatem metaphyſicè, conſequecia eius menti explicabant, atque apprehenſiue poſſeſſa à Lucifero cogitabantur, de illis etiam complacentia, & velleſtis ſua poſteriori ſigno ſuccedebat: ita enim, ſci, atque enenire connaturaliſſimum eſt, ac ſubinde de facto attendendum. Apprehenſa igitur vt à ſe habita exemptione Dei ab omni Dominio, iuriſdictione, & poteſtate alterius, cum in eſſendo, tum in operando de ea ſibi Luciferi complacuit, deinde de ſupremo dominio, & iuriſdictione ab alterius voluntate independenti in omnes, præter rationales creaturas, propriè etiam diuina, atque in ipſo ſimiliter cogitata, tum de iure adorationis, & cultus latriæ: atque obedientiæ ab illis, ſibi præſtandæ, ſupremæ huic (vt apprehendebat) ſux poteſtati, dominio, & iuriſdictioni debite: quod à Patribus interpretibus, & Scholaſticis aliquibus de extrinſeca exſtimatione iureque eius, ſolum falſo, & à creaturis rationalibus exſtimato (vt apud idololatras obtinuit) non autem de vero iure & poteſtate ſua, in illos, ac diuino, à Lucifero ſolummodo expertio intelligunt, vt referebamus certè 4. Eſt verum non ſit, tamen ex vere diuinitatis ſuperbo appetitu, & complacentia ortum habuiſſe connaturalius, & connaturaliſſimum, vt de ſe ſe patet: imò vero falſe illius extrinſecè apud alios exſtimationis appetitus in Lucifero, antequam peccato alio ſuperbia lapſus eſſet, atque inſiſto ſupplicio, verum Deum, & ſupremum aliorum Dominum, & Imperatorem non eſſe cognouiſſet, videtur difficile: quo enim pacto falſam illam exſtimationem inanem, & extrinſecam apud alios, aberrantes, vel deceptos expeteret, alioque deceptos velle, vel potius in eo decipere, ſi prauus ipſe iam eſſet? ſed quidquid de poſſibili ſit, eo ordine quo diximus: factum, vt delicti ſui animaduertiſſione inſiſta propria diuinitate Luciferi, nec prius reliquerit, ex contextu capitis 14. Iſaie, & Ezechielis 28. ſatis apparet. Sufficiat illa nunc ex Ezechielis 28. ſatis ad T yri Regem litteraliter, & figurato ſenſu, intento tamen ab Spiritu Sancto, iuxta Patres, & interpretes omnes de Lucifero etiam dicta recitare. *Namquid dicens, loqueris (vt antea dicebas) Deus ego ſum coram interficientibus te, cum ſis homo, & non Deus in manu occidentium te? tentatio igitur intellectum Lucifero induit ex eoque in rabiem Deique & hominum otium, & aduſidiam verſus vanæ illuſi exſtimationis, cultus, & adorationis vmbaticam excellentiam ambibat, vt inimico vindicti Deo extrinſecum ſaltem illum honorem ſuſtineretur ac ſimul homines gauderet, vide quo gradibus primo Luciferi peccato appetitus hic vanæ adorationis poſterior Lucifero aduenit?*

4. Duo alia Luciferi peccata, de quibus Scholaſtici diſputant, reſtant examinanda: multo tamen breuius: quam à non adeo præcis Theologis exſaminata video: quia, quidquid rei, & veritatis in eis eſſe poſſet, parvis

paucis potest ostendi, quin longe disputaciones texantur: vident, qui volent, oblongas apud Vasquez, Sotarium, & Ariagum: non enim in authoribus variarum sententiarum referendis, nedum cuiusque discursibus proferendis, approbandis, aut confutandis, tempus, & calamus teremur. Primum est: an Lucifer appetitu nimio & inordinato naturalis beatitudinis (in qua Iſaias capite 14. & Ezechiel capite 28. ante lapsum in culpam fuisse describitur, nosque etiam superius diximus) primo peccauerit? Secundo: an inordinato appetitu suæ beatitudinis, supernaturalis saltem & supremæ, in qua creatus procul dubio non fuit: de utroque autem disputatur quomodo peccatum esse potuerit? cum in neutrius expeditione, vnde malitia suboritur, discipi facile possit: vnde nec in alterutrius expectande intentione, nisi quatenus sui vehementia ita occupet, rapiatque voluntatem, & affectum, vt præceptis aliis implendis officia: quæ non erit directa, & speciei suæ, sed indirecta, & speciei peccati alterius, cuius fuerit causa: id quod actibus, non solum indifferentibus, sed bonis ex speciei suæ, si vrgentes de re alia præcepti impediunt adimpletionem, contingit: censetur merito, & communiter à Theologis, in alterutrius expeditione peccatum esse potuisse, si alterutram beatitudinem, vt à se, ac propriis viribus, prorsus independentem à Deo habentem, vel habendam Lucifer appetere: immo, si supernaturalem intra naturæ suæ debitum concessam à Deo, vel concedendam. Neque huic doctrinæ obest, Luciferum euidenter tunc scivisse: tam naturalem suam beatitudinem, quam supernaturalem à Deo esse, ac fore necessarium, vt prima, & vniuersali causa rerum, supernaturali vero à Deo etiam omnino gratuito, & supra omnem virtutem, iusque, & exigentiam naturæ: ac proinde neutram ita appetere potuisse: diximus enim ex iudicio quidem de eis ita habitis, vel habendis, quod cum euidenti iudicio de opposito repugnat, neutram beatitudinem velle Luciferum potuisse; ac vero ex simplici apprehensione ita habita, vel habendam beatitudinis vtriusque, quæ compossibili cum euidenti iudicio de opposito, potuisse illum velleitate, simpliciue complacentia velle, constat ex dictis de appetitu Luciferi diuinitatis sibi identicæ apprehensæ, & cogitatæ certamine quarto, & quoad supremæ suæ beatitudinis supernaturalis appetitum, ponit citra controvērsiam Lucifer superbe peccare, si eam contra, sibi vique notam, Dei voluntatem in expectato status via cursu, & termino sibi à Deo donari illam voluisset vt potuit velle.

5. Potuit denique Lucifer supernaturalis beatitudinis suæ perbo appetitu peccare si eam ad sui de ipsa tumorem, & inanem complacentiam expeteret, vt superius diximus, & quatenus ipsum physice excellentiorem præcisè constitueret nec quatenus ipsum Deo coniunctiorem & firmiter amicum redderet: quocirca animaduertendum discrimen inter excellentiam virtutum morali honestate bonarum, & physicam solum excellentiam reliquorum supernaturalium habituum, actuum, & donorum quæ gratia, & amicitia Dei formalis non sunt, merito hic erit: virtutis quippe & amicitia formalis Dei bonitas, & excellentia nequit à morali honestate, & amicitia formalis Dei, cogitatione adhuc, abstrahi, ac præcindere: cum id in essentiali eius conceptu imbibatur: quare implicat in hac ipsa formaliter appetitum ferri, quin in honestatem ipsam, & obiectum honestum feratur, ni extrinsecus, ex fine alio prauo, quod affectui honesti operis ob honestatem ipsam formaliter elicto omnino repugnat, & amicitia Dei volute formaliter, qua tali, Cetera vero dona, vt possunt, qua excellentiam, & ornatum physicum personæ præsentant, atque ibi sistendo proinde appeti, siue complacentia, siue desiderio ad tumorem, & gloriam inanem, viciari etiam possunt ex superbia, vt patet: etsi non adeo prauis malitiis, atque in Luciferi peccato, in scriptura & Patribus significatur, atque ex eorum supplicio arguitur. An vero peccatum hoc in Lucifero de facto, & primum fuerit in via statu non adeo facile potest ab aliis Theologis definiri. Mihi vero certum est primum Luciferi peccatum non fuisse, & quid enim supernaturalem, & supremam gloriam creaturam desideraret, in ea, vt apprehensâ gloriaretur, qui se

primo Deum, & diuinitatis identicæ possessorem cogitans, & complacens, vt diximus, de gloria infinita simpliciter, deitatis indiuidua comite cogitabat, atque vt sua identicæ vane complacerebat, & gloriabatur, quod si in peccatum lapsus, siueque ob illud miserie ante damnationem, & supplicium in via statu admonitus fuit creaturam gloriam aliquo ex præfatis modo appetuisse etiam superbe verosimile est.

6. Quod vero, contra primatum appetitus superbi Deitatis in Lucifero à nobis assertum, obici poterat, & contra quemvis superbiæ actum ab aliis designatum æquè militat, & ab aliquibus obicitur, nihil præstat. Auiat enim quemvis appetitum superbum (maxime identicæ similitudinis Deo in natura diuina) errorem in intellectu debuisset præcedere: quem vtiq; vitare teneretur: ac proinde in eo non vitando, prius quam superbe aliquid appetere, iam peccasse: Diximus supra, quidnam, & quo peccato error intellectus ad peccatum supponatur: debet autem esse iudicii, & practicus error circa obiecti prosecutionem, vel fugam: quod si prohibitum prosecutionum proponat, vel debita prosecutione abstinendum, ac vincat practicus error moraliter, & prauus, ab effectu, & praua prosecutione quam causat, appellatur; intrinsecus autem, & in se necessario prauus moraliter non est: alioqui ad ipsum alius error practicus, prauus, & ad hunc alius, & sic infinito regressu præsupponeretur. Cam ergo moraliter & antierius ad peccatum, quod causat, prauus ad illud non supponatur obiectio euanesceat: specialiter autem obici contra nostram conclusionem demum potest illud Ezechiel. 28. u. 17. *Es eleuatum est cor tuum in decore tuo; perdististi sapientiam in decore tuo*: quibus ex inani complacentia sui de bonis, donisque, cum naturalibus, tum supernaturalibus, in quibus creatus Lucifer à Deo fuerat, & quæ ab ortu suo habuit, superbiisse primo Lucifer veramque sapientiam sanctitatis amisisse, ac peccati tenebras incurrisse dicitur; non autem complacentia, aut velleitate Deitatis apprehensæ, vt identicæ à se possessæ, ac suæ, quæ sua tamen onerat. Responderetur, ibi non referri inanem sui de se amplius multo, & infinite, amplius quam erat se apprehendens Deum, neglectisque habebat affectum, & complacentiam, qua superbe de identica sibi Deitate complacuit, eamque velleitate quadam expectauit: sed huius affectus, & cogitationis occasionem, & eiusdem affectus supplicium.

7. Denique (ne deliria adhuc, quæ in hac quæst. velsanis hominibus occurrerunt omittamus) Athanasius, seu quilibet apud eius opera author est libri quæstionum ad Antiochum q. 6. refert eorum errorem, qui dixerant Deum Adamo creato, Lucifero, & Angelis reliquis præcepisse, vt coram Adamo se humiliarent, ipsumque venerarentur, quod ipsi recusarunt, nolueruntque parere: ac proinde hoc Luciferi, & assecratur Angelorum primum peccatum fuisse, & causam ruinæ. Addit vero Athanasius, seu eius libri author, inuocatis per neglectum authoribus sententiæ huius. *Hominum stultorum commenta hæc sunt.* Aſtimo autem commentum huius auctores fabulosos, quosdam Iudeos, seu Rabinos mendaces fuisse: ex quorum, vel lectione, dum mulos suos è capistro in via ductabat, vel aliorum Iudeorum, qui ex illis antecessoribus id hauserant fabellam eandem Mahometus in suo Alchorano scripsit: contra quam ex instituto egit Dionysius Carthusian. libro 2. in Alchorano articulo 27 eum videat qui oritur: delitium quippe hoc vix mentionem, nedum fusiozem confutationem meretur.

CERTAMEN VIII.

*De primo reliquorum Angelorum pec-
cato sententie, & nostra
deciso.*

DE primorum Luciferi inferiorum Angelorum,
vel etiam aequalium peccato primo tanta est,
tantam de primo Luciferi peccato retulimus senten-
tiam, & Doctorem diffinitas; nec adeo facili,
ut inique scripturæ, & scripturæ testimonia de Lu-
ciferi peccato determinatæ, & expresse egerunt: so-
lum confiat Luciferum malorum exteriorum indutorem
fuisse, & persuasorem ad peccandum (vt vidimus quæ-
tionibus tertia, certamine primo, & secundo) coque
um in culpam lapsos, ipsum in Principem & Ducem
regisse (vt dixi disputatione secunda, quæstione se-
cunda, & vltima, certamine 6.) atque eius conites in
aëne cælo in Baratarum effectos, focios etiam ater-
ros esse, ac fore in supplicio, odio, inuidia, malit-
ie inde ortis officiis contra homines, & Deum. Aa-
tero ad idem genus peccati sui primi Luciferi illos pri-
mum induxerit, simileque primo ipsi deliquerit, an pec-
cato alterius speciei, ac diuersi. Nouum examen vi-
deretur requirit: in eo vero aliarum de primo Luciferi
peccato sententiarum auctores inde cadere sententiam
nostram in primis impugnant: quod cum Luciferi non
exemplo solius ostendo, sed prauis suasionibus ali-
omnes primo peccauerint: atque eodem peccati genere,
& alioqui non eius socij, & leuiores essent, & assecla-
neque Angeli socij proprij in Apocalypsi dicerentur, si
quique suo delicti, & culpe genere peccasset, nullum
alium sectando, & imitando: quemadmodum fures
blasphemum, nec fornicarium sectantes, eius socij nec
partium eius, & assecla dicitur, non apparet quo pa-
torum Dux, & Princeps dicitur) non apparet quo pa-
to, vt Deus vnusquisque esse vellet, suadere alijs pos-
set: cum id tibi, & soli, ipse appetierit, ac communicari
alijs prebenda noluerit: siquidem communicatione ipsa
amata & excellenter Deitatis, non solum nollet
(quod supersublimi Angelo esse satis, vt eam nollet)
apprehendere, sed, & Deitatem totam perire: quod
ipsum auctari Angeli, quibus suadere Deitatis appeten-
tiam vellet optime sciebant, ac insuper obiecti eius,
vt appetenter propius impossibilitatem: quare in-
ritro eis appetendam Deitatem proponeret, ac suade-
ret, ac desperato fructu laboraret, quod est impos-
sibile.

2. Idcirco aliarum sententiarum de primo Luciferi
 uccatores Doctores nostri insultant, atque ab his diffi-
 cultatibus quod suam, immunitem, atque in tuto
 positam arbitrantur : qui censent enim Luciferum ap-
 petitum uisionis hypostaticæ primum peccasse simili
 uisionis hypostaticæ (cuius illi omnes capaces erant)
 appetitum reliquis Angelicis, & suo exemplo, &
 uocant suauis, ac persuasive, facile docent; quin,
 neque id, quod appetat suauisone sua destrueret,
 nec timere : cum diuersa ab aliorum uisionibus per-
 tineret sua uisio expedita, etsi alii ab aliis obtine-
 rentur : quare nec dum aliis aliarum suarum uisionum
 appetitum suaderet : ex quibus facile constat, & Lu-
 ciferum malorum omnium peccatum Duce[m], ac Prin-
 cipatu[m] extitisse, illosque lubidine omnes ipsius in cri-
 mine socios prorsus fuisse, asecutas, & sequaces :
 similiter, qui extrinsecus Deo honores, cultum, &
 admirationem aliorum sua Deitatis appetitus primo
 Luciferum censebant, in re presente deservunt :
 & illi, qui exemptionis à dominio, impetio, &

proleptate diuina, siue in operando, siue in effrenando, siue in vtroque: primum Luciferi appetitum esse docebat: item, & qui affectum dominandi, et usque dicendi, rationalibus creaturis cunctis censuere: maxime, qui proleptatem, & iurisdictionem ipsos homines Luciferum ambisie, ambiebat: cum ipsam reliquos ab eo inductos ambiebat facilius intellectus sit: sed, si quid rationes propozite nuncupatio primo fundat, et place difficultis, tam angustam in solos homines iurisdictionem superbiuimus Luciferum voluisse, cum aliis pariter. Melius ergo Valentia, Molina, & Ioannes Propozitus iuxta eam sententiam discurrunt: Luciferum, scilicet, obsequere, ac suasibile aliis Angelis iurisdictionem in homines, pro cuiusque dignitate, ampliore strictiore, ipsi tantum tanguntur supremo Principi subordinatam: quod cum aliis superbia bene comparitur, nec ab aliis ipso inferiendibus, & in natura, & doctibus videtur abnuendum, si imperium & potestatem iurisdictionis, in alios superbe abnuent, ac simul affectu illo, & acceptatione iurisdictionis à Lucifero ipsis propozite, & oblate, & nupam suo Principi se subdunt: Denique, qui appetitum beatitudinis naturalis, vel supernaturalis inordinato, & superbo Luciferum deheuerat parant, alios ad similem affectum induxisse dicuntur facto pro appetitu vniouis hypostatice, vi æqua legitimitate possunt.

3. Ceterum rationes propositæ numero primi-
arum habent efficacie: falsæ quippe affirmatio-
num. Neque enim, vt locij, seu affectu Luci-
feri in peccato, ad sabinde eius Angelis, propter di-
cuntur opus esse, vt eisdem rationibus peccato et eius
adhorratione, & inductione deliquerint, sed facta est
in peccato quovis eius intentionem iuravit, atque
suis partibus accesserint, verbi gratia, rebellat quis
in Regem, cuiusque postestatem, honorem, & glo-
riam, ad idque alios inducit, vt atrarium regem di-
spiciant, & furentur, quo milites legere, & alere ad
viam defensionem, & regui; alios vero, vt Regem
diffidius Dinaltas occidant, alios quoque, qui his, aliisque
apud populum diffament, & certe, qui his, aliisque
seculis ab eo diuersis, et nec regem alij ambiant,
quia rebellis illius intentionem iuravit, patetque agniti
et si non ex fine, vt ille Regem obtineat, sed ob pri-
uatam, quique suam: tamen, quia, vt ea perpetrent
inducti ab illo sunt, rebellis, locij, & affectu pro-
ptere dicuntur. Se etiam in Luciferi cogita faciem,
et ratio illa euascescit. Secundo: supponitur, in ea ra-
tionibus Luciferum ad tam folam peccata, quæ ipso
primo appetitur, & appetiti primum obiecti con-
sequenti magis inferuntur, multumque offendent,
reliquis ad peccandum indoluit; id autem tallum
attendemus statim numero 4. eo vero permisso eadem
rationi, quæ nostram conclusionem de primo peccato
Luciferi, & inductione finis peccati in alios lucis-
feri, & exemplo suo impugnat, impugnetur ipsi
sunt obnoxii: etenim vni hypostatica seu quilibet
aliud fuit Lucifer, iuxta aduersas alia opinionem: ap-
petitæ sub Angelis omnibus (omnes liquet ang-
geles, vel per le, vel mediate per alios esse deo-
ptos, & seductos in statu viæ, & præli memorati
in peccatum tentauit) vulgaris, & communis, mul-
tum excellentia, & estimatiouis illius, & pruden-
tis deperderet; vt reliqua omnia de qua prælo-
abundantia, & fuit copia, vilescunt: id quod angeli
tento, auro, vniobis cuius, & adamantis contin-
geret, contigisset, vbi obuia cuique sunt, & vulge-
ret: quare quod obiectum 2. Luciferi expetitur ali-
vellent, & habent, multum eius excellentia de-
ingaret: quare neque fini ab ipso superbe intenti
feruntur, sed maxime officeret: ac prouide, si in
obieto, quod Angelis aliis expetendum proposuit
Lucifer villitias eius ad finem à le intentum, vel
de absolute, vel melius consequendum attendere de-
noscunt nusquam quos Angelos ad ipsum appeten-
dum induceret, quod ipso primo superbe expet-
tunt.

4. Dices

4. Dices

2. Dices inanem appetitum quantumvis vulgari, & omnium obiecti cuiuslibet huius excellentiam iustitiamque, & prudentem estimationem non minueretur, nisi de facto obiectum ipsum à pluribus obtineatur, velut quicquid eius possessio, & adquisitio sit; quin potius inde, vel maxime, eius excellentia commendatur, prudentisque estimatio crescit, quod omnes id expectant, & assequantur nullus. Lucifer autem, cum ad ipsum quod primo superbe appetiuit expectandum Angelos alios tentavit, induxitque, ac seduxit sequaces, ab eis illud assequendum non esse optime novit. Vere quidem, & bene hac dices: sed eadem doctrina impugnatio memorata suasionis Luciferi, sed alios Angelos, ut Deitatem identice ab unoquoque cogitatione possessam (ut ipse appetiuit, & voluit) amarent, & appetere, quin inde excellentia Deitatis, quam ipse amavit, ac voluit, minueretur facile reuincitur: sciebat enim nunquam ab eis esse assequendum: immo nec assequibilem: nullumque alium fructum amoris illius illis Angelis obuenturum, quam, qui ipsi obtulerat: nempe peccati, & lapsus à gratia, & felicitate, in qua, eorum quicquid conditus à Deo fuit, miseriam, & ruinam: Denique ut tota aduersariorum contra nos, ratio à fundamento subruat aduertendum est: Luciferum nunquam alios Angelos tentasse, induxisseque ad peccandum, ut melius faciliusque obiectum superbe à se amatum consequeretur est in nostra doctrina; apertissimum. Siquidem, superbus Deitatis apprehensio, ut propria, & identice possessio amoris vana quædam simplex complacentia, seu velleitas fuit erga obiectum impossibile, & quod duplici titulo ad electionem mediorum mouere voluntatem non poterat. Tum, quia possessio cogitabatur, & ad id, quod possessum cogitatur, media quibus obtineatur inquit, ac eligi nequeunt, ut patet. Tum, quia erga impossibile cognitum præferim euidenter impossibile, sola velleitas concipi potest, quæ ad mediorum inquisitionem, & electionem mouere non potest, ut de se etiam patet, ac cum Aristotele, & Sancto Thoma fatentur Theologi, ac Philosophi omnes ad unum: In aduersariorum etiam, ac omnium Theologorum doctrina generaliter id ipsum probatur: quia Lucifer, non, nisi post suum peccatum alios Angelos induxit ad peccandum, tunc autem iam nouerat, nunquam sibi, quod superbe (quidquid illud fuerit) amauerat à Deo, à quo donis habitis spoliabatur) donandum, nisi ab eo amore per penitentiam (cuius locum datum diximus) desisteret: quare, dum non ita abstehebat, sed obliuiscens potius alios tentabat ad peccandum sui amoris superbi obiectum (ut ex se, & intrinsece non repugnaret) sibi esse ex accidenti impossibile cognoscebat: quare nec de mediis ad illud obtinendum inquirere, nec ea eligere, & apponere usquam poterat.

3. Res ergo tota vero similis iuxta Patrum doctrinam discurruntibus, sic acta, & perfecta videbitur: ut scilicet, Lucifer ubi primum superbiæ peccatum, Deique odium incurrit, atque se tot donis nudum, & spoliatum vidit in vehementissimum odium, & inuidiam contra Deum, præ superbia, exarsit, ut ipsum, si posset, è medio tollere vellet, ac eius intrinsecam, etiam & diuinam felicitatem omnem aboleret: cum autem nil de intrinseco Deo, minui adhuc, nedum destrui posse videret, extrinseca Dei bona, & quæ Deo in maiori pretio, & amore erant in quibus subinde magis suam munificentiam profusa bonorum largitione explicuerat, scilicet rationales creaturas, cogitauit inuadere, ut à quibus extrinsecus aliquid obsequij, gratitudinis, laudis, honoris, & cultus debiti posset Deus habere, ingratitude, contemptum, ac dehonorationem reciperet. Accessit etiam, quia creaturæ rationales, præcipue, ac perfectissimæ Dei imagines Angeli erant, ac primum Luciferi, nouerant amplius in illos odium, & inuidia, ex quibus prauis affectibus, ut suas contra Deum inimicum partes, etiam vitibus non poterat, numero saltem

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

augeret, Angelos sibi concreatios primam ad peccandum omni arte inducere conatus est, atque eorum plures seduxit: Deinde homines in Paradiso creatos posteros. Cum ad eum finem perendi Angelos, augendi numerum inimicorum Dei, ac priuandi Deum extrinsecis obsequijs, & honoribus, qui ab eis, alias, Deo tribuerentur, mortale quodvis eorum, cuiuscunque generis, satis foret cuiusnam generis, (quod hic queritur) peccatum fuerit ad quod eos induxerit, & an ad idem, siue eiusdem generis peccatum omnes tentarit? An singulis diuersi generis peccata suadere conatus sit? Firmo aliquo Theologico fundamento definiti non potest: siquidem eodem genere peccati, quo primo Lucifer peccauit oportuisse alios Angelos: immo et eis aliquem primo peccasse reiectum proxime est: illud mihi ex præfatis Luciferi tentatoris affectibus certum est: ad grauissimam ex genere aliis peccata, iuxta cuiusque genium, & naturam aptitudinem (si diuersos ad diuersa tentauit) Angelos reliquos tentasse: quod sane ad suos illos fines melius obtinendos commodius erat.

6. Ad præsentem vero difficultatem vniuersaliter definiendam verosimiliter censo ad eiusdem generis cum primo suo (id est ad Deitatis apprehensam, ut ab unoquoque possessam) reliquos Angelos primo tentasse, atque eorum plures primo seduxisse. Mouet primo: quia perfectissimis natura, ac naturalibus dotibus donisque supernaturalibus Angelis ornatisimis (ut infime etiam Hierarchiæ, chori, & gradus erant) facile in decore suo sapientiam suam perdere, & usque ad Deitatis suæ apprehensam complacentiam simplicem, & velleitatem (ut dictum de Lucifero est) insari, atque intumescere potuerunt. Secundo: quia expertus Lucifer, quantum in ipso, tametsi fortiori, & sapientiori, vim ea cogitatio habuerit, ut ipsum, in eam complacentiam, & velleitatem superbam induceret, valde pronum fuit, ut alios Angelos perfectionum naturæ, & gratiæ encomio sibi Concilians, eiusmodi cogitationem, & apprehensionem, O si Deus esset! singularem excitans, & iniciens ad similem suæ superbam complacentiam, & velleitatem Deitatis pertraheret. Tertio probatur, & confirmatur ratio secunda: quia homines in Paradiso, inde primum aduersus est. *Erunt sicut Dei*, quasi armis probata, & in se, & aliis Angelis malis virtutibus robustissimæ: cui subinde Protoparentes scientiis naturalibus, & supernaturalibus, cum intellectus, tum voluntatis virtutibus, & donis ad resistendum instructis facile succubuerunt. Accessit ab exemplo facti sui à tam perfecto Angelo aliis manifestato potens, ut supra diximus, inductio, & captæ delectationis, ex ea cogitatione ineliberate primum habitæ impulsus, ut nec deliberatione adueniente, ea voluntate absterent, sed in ea persistentes in peccatum ruerent, quæ ex obiecti impossibilitate Angelis cunctis euidenter obici possent, in simili peccato primo Luciferi discitum est certamine quarto, & in Protoparentum, quibus obiecti à Diabolo per serpentem propositi, *Erunt sicut Dei*, ex euentia, & fide repugnantia innotescere, manifeste instantur: & similiter, quod scientia, euidenter etiam reliquis Angelis perfectioribus, & superiorem natura Luciferi tentatoris deceptus ipse non fuerit, ne haberetur: Demum quod cuiusmodi suasio, & tentatio Luciferi appetui superbo, & intento fieri non proficeret sed officeret, discitum proxime fuit.